PROCOPIVS DE BELLO PERSICO.

Raphael Volaterranus Mario fratri Salutem.

IVſtinianũ principem ſi res eius domi foriſq; mi frater recenſeas
nulli prioꝝ ſeu poſteriorum Imperatoꝝ poſthabito Conſtãtino
illo magno:qui primus libertati trepidã relligionẽ reſtituit infe
riorẽ gloria iudicabis: cuius ex otio leges foro : ac mores populis
perpetuo manauerunt:ex negotio uero res xpiana incolumis ſeruata:quo ſi
ne fruſtra iamdudũ apoſtolica fundamenta fuiſſent: quemadmodũ tribus
eius neceſſariis in totidem orbis partibus oſtenditur bellis:Perſico:Aphrica
no & Italico:que omnia per unum Beliſariũ ante omnis ducem non minus
relligioſe q̃ feliciter confecit. In primo ſiquidẽ orientẽ Perſatũ regibus adſi-
due tumultuãtibus laceſſitum ultra etiã Tigrim & Euphratem pacatũ red
didit. His quoq; auxilia præſtãtes Vnnoꝝ indomitã gentem:& Saracenoꝝ
exercitus Alamãdaro duce ferociſſimos cõpeſcuit. In ſecundo Vandilos ex
aquilone Aphricã petentes ac Lxxxxv annoꝝ proſcriptione poſſidentes pe
nitus expulit:In tertio Gothos ex Italiæ finibus diſiecit. Duo namq; prima
quattuor compræhenſa libris quũ ab eo qui Gothicum conuerterat præterita
conſpicerem : non ſum paſſus optimi principis labores:tum nobilis aucto-
ris illos memorãtis monumentum aliqua ex parte noſtris hominibus igno
rari:quum in his præſertim tanta ſit ut in breui hiſtoria rerum cognitio ut
quemuis curioſum alere:tot etiam ut ſolet in huiuſcemodi belli ducum uer
tigines ſtratogemata conſilia ordinandi captandi præueniendi loca tempo
raq;. Animos quoq; ex dictis prouocãdi refellendi tergiuerſandi mitigandi:
ut quemuis ignauũ:prudentem plane hominẽ: ac publicis & priuatis actio
nibus idoneum reddere ualeant. De auctore uero ſic habe ut hunc medio-
crem ac plane ſcdm naturã dictionẽ ſequi iudicare poſſis aſiatico tamen ei-
demq; patrio propiorẽ ſermone q̃ actico in qua & cõtiones & epiſtolæ quæ
dam breues admodum interueniunt nõ uſq;quaq; in hoc genere ineptæ:ue
rum interpretis egebãt diligentia: quũ præſertim pleraq; in exemplaribus
mendoſa repperiãtur:ſicuti tu quũ a Vaticanæ baſilicæ:ac tuoꝝ Collegioꝝ
cura uacabis facile hæc lectitãdo perpendes:qui emũcta ſoles nare in A
næo acroamata exiſtimare. Monẽdum poſtremo cenſui q; a Romanis R
mæos diduxi quo Græci uocabulo Romanos Latinoſq; ante Conſtant
uocabãt. Poſtea uero in antiqua nominis & Imperii poſſeſſione perſeue
tes Rωmæos ſe item dici contenderunt: quapropter non tam nominũ p
ſtates:q̃ gentes his appellationibus diſcretas adnotaui.

PROCOPII DE BELLO PERSICO LIBER PRIMVS PER RAPHAELEM VOLATERRANVM CONVERSVS·

PROCOPIVS Cæſarienſis bella conſcripſit quæ Iuſtinianus Romæorũ Imperator contra Barbaros tam orientales q̄ heſperios geſſit ut res contigerunt ne opera ipſius præclara orationis inopia obliuioni poſteris ſæculis traderentur: quoꝝ ipſe memoriam operepratiũ ante omnia & præſentibus & futuris fore putauit ut ſi quãdo ſimilia cõtingerent certamina inde homines mõſtratione iuuarẽtur ubi par hiſtoria legeretur: ex qua rerum finem in conſultationibus deliberãtes facile depræhendant· Nec mortaliũ ullus ad ea memoranda magis q̄ ipſe idoneus ꝙ Beliſario cõſiliarius adfuit & rebus omnibus dum agerentur interfuit· Nam ſicuti Rhetoricæ dicendi uehementiã & poeticæ fabuloſitatem: ſic hiſtoriæ ueritatẽ conuenire exiſtimauit: neq; quicq̄ hæc ſcribendo uel amicoꝝ turpe propterea celauit: ſed quæ cuiq; fieri ſiue bene ſiue aliter contigerunt diligenter expræſſit: nihil profecto his bellis aut clarius aut fortius quẽadmodum uolenti cõſiderare licebit: in quibus & magnitudo rerũ & utilitas tales euenerunt ut ſuperioꝝ temporũ palmis in hoc genere nõ cedant: neq; illis ulla ex parte inferiores exiſtimentur· Quod enĩ antiquitus & ſagiptarii & ſintigeri ac cominus & eminus pugnãtes & his ſimilia in ordinibus nomina memorentur: eapropter quidam eorũ ad nos uirtutem minime perueniſſe putant: opinionem de his longe fœliciorem q̄ ueritas habeat proculdubio faciunt: nec eis ſuccurrit ut qui apud Homerum ſagiptarii ponũtur: arte ac diſciplina maxime carẽtes ſpe decidebant· Nõ enim illis equs erat non haſta nõ ſcutum aut aliud corporis munimentum: ex quo in congreſſu latitare neceſſe fuit ſub ferentibus ſcutũ: aut apud aliquam ſepulchri columnã: ſeu alio confugere ubi neq; terga uertentes ſeruari: neq; fugientes perſequi hoſtes poterant · Neq; item ex manifeſto: ſed furtim qnodãmodo pugnare uidebantur· Prætèrea arcu tam lente ac imperite utebantur ut ſicut apud eundem eſt Poetam neruũ protrahentes uſq; tantum ad mammã ſagiptam ὀυτιδαρὸν ideſt inutilem ac fruſtra emittebant· At nunc ſagiptarii in bellum thoracati procedunt: tibialia uſq; ad genu induti ab uno latere pharetra: ab altero enſe adcincti· Sunt & qui haſtã ferant & paruum ſupra humerum ſcutum ut ora ceruicemq; tueatur· Equi

tant inſuper peritiſſime ut uel equo currēte obiter hoſtē & ꝑſequendo poſ-
ſint & fugiendo ferire• Arcum ipſum lōge ualidiorem uſq; in dextram ten-
dunt autem• Tali igitur apparatu emiſſam ſagiptā mirum nō eſt fruſtra
non iaci: cui neq; thorax ullus neq; ſcutum reſiſtere queat• Qui autē hec mi
nime conſideratione perpendunt tantum priora collaudant tempora neq;
arti aut diligentiæ plus tribuere uidentur: quibus profecto fit ut nr̃a illis
minime cōcedant• Sed ad inſtitutam nobis inter Romæos ac Perſas hiſto
riam reuertar• Arcadius Imperator byzantii iamiam moriturus ac de ſuc-
ceſſore ſollicitus Theodoſio filio paruo admodū in cunis exiſtenti cogita-
bat quem nā curatorē ſotiumq; adminiſtrationis ſimul & inſtitutionis op-
timæ adiberet: q & inimicos uirtute expelleret & rem poſtremo incolumem
traderet• Multi enim ut par eſt offerebātur potius tyranni q̃ adminiſtrato-
res futuri: qm̃ Byzantii iam nullus cōſanguineus relictus erat: Honorius
enim patruus ſatis idoneus non uidebatur ꝙ res Italiæ turbatæ iam erant
& bellum in oriente Perſaꝝ nihilominus formidabat ætatem pueri admo
dum ſpernentiū In hac animi anguſtia Arcadius conſtitutus quanq̄ alias
natura minime ingenioſus erat ſalutare cōſilium iniuit quo filium pariter
& imperiū ſeruauit ſiue de proceꝝ ſuoꝝ qui & cōtinuo adſiſtebant ſnĩa ſeu
diuino impulſus ſpiritu teſtamentū cōdidit: inquo heredem filiū inſtituit
Tutorem uero illius Iſdigertem Perſaꝝ regem cui cum plurima mādauit
Iſdigertes rex tum ut Theodoſio imperiū ſua & prudentia pariter & potentia incolume
ſeruaret• Hoc itaq; modo reb9 cōſtitutis e uita deceſſit• Iſdigertes ubi teſta-
mentum ei oblatū legit ſi prius indole ac magnitudine animi clarus habe-
batur tūc maxime admiratione dignus apparuit• Arcadii enim mādata fi
demq; in eum minime ſpernens pacem cū Romæis toto tp̃e tum imperiū
Theodoſio cuſtodiit ac litteras ſtatim ad ſenatum ſcribēs offitiū continuo
adſumpto negotio ſeſe preſtatuꝝ: & hoſtes ſi opus oĩo proibituꝝ promiſit•
Vararāes rex Theodoſio deinde iam ætate ꝓuecto Iſdigertes moritur nec mora Varara
nes ſucceſſor in Romæoꝝ agrū cū exercitu magno irrūpit ubi nihil agens
magnum rebus infectis ſe breuiter domū recepit hoc modo: Anatoliū oriē-
tis ducē Theodoſius legatū ad Perſas miſit qui ubi ꝓpe fuit de equo ſolus
deſiliit pedibus in Vararanē uadens: quem quum ille conſpiceret ꝓximos
interrogat qui nā homo aduerſus ueniret: quumq; illi Romeoꝝ ducem di-
cerēt: ſtupefactus tāto erga ſe honore rex ſtatim equum retro uertit ſequēte
Perſarum populo domiq; legatum multa humanitate excepit: pacemq; eĩ
conditionibus quales ab ipſo poſtulauerat dedit ut neutri arcem de nouo
aliquam in confinibus inuicem regionum exædificare liceret•

Tēpore uero inſequente Perozas Perſarū rex in contentionē de finibus uenit cū Vnnis Euthalitis quos albos uocāt aduerſus quos magno cū exercitu uenit • Sunt enī Euthalite Vnnicū genus reliquis Vnnis nequaq̄ uicini neq; ad eos pertinentes:ſed Perſis propinqui Boream uerſus:quorū ciuitas Gorga nomine in Perſidis confinibus ſepe cū colonis de ipſis finibus pugnat• Nec ut reliqui Vnni nomades ſunt uitam agentes paſtoralem: ſed optimam iampridem incolunt regionem• Hi nunq̄ in Romeorū terram niſi cum Perſarum exercitu ſunt ingreſſi: ſoliq; Vnnorū albi ſunt:neq; item fœdi adſpectu neq; ferarū modo ut illi uictitantes:ſed ſub uno degentes Principe politicam agunt uitam inter ſe: & cum uicinis ius phaſq; colunt æque ac Romani & alii omnes fortunatiores inter eos uſq; uiginti amicos habēt ſeu plus ſi contingat qui conuiuæ continuo ſunt: quibuſue cōmunis pecunia ſimul & poteſtas eſt: decedentem ex eis aliquem ad ſepulchrum efferri mos eſt•Contra hos igitur Ephthalitas eunt Perozæ: Euſebius ab Imperatore Zenone miſſus Legatus adfuit• Euthalitæ autem ubi inimicoꝝ exercitum uident: timorem ſimulantes in fugam uertuntur : curſuq; in locum quendam contenderunt:quem prærupti undiq; montes cingunt frequentibus obducti arboribus • Intra montes uero longe procedenti uia quædā lata apparet in media : exitum uero nuſq̄ habet: ſed infra ipſum montium ambitum terminat•Perozas igitur nullum meditans dolum per inconſiderantiam in hoſtili ingreſſus perſequitur • Vnni uero pauci admodū antea fugerunt:ſed longe plures in locis iniquis abſconditi a tergo inimicoꝝ exercitui exiſtentes nondum ſe manifeſtare uolebant ut illi longe intra montium amfractus penetrantes nō amplius redire poſſent• Has itaq; inſidias Perſæ ſentientes(nam periculū iam expertis facile deprændere fuit)timore maximo perculſi conſilium Perozæ clam damnabant• Euſebiumq; legatum : quem ſupra nominaui multis obſecrant regi perſuadeat ut rationem malorum quæ euenire poſſent habendo ſecuritati potius conſulere uellet q̄ temere audendo in re non neceſſaria periclitari : ac demū ſi qua ſit ad ſalutem uia cogitare• Hic uero quum in cōſpectum Perozæ uenit præſens quidem periculum non ſubito manifeſtauit : a fabula enim incipiens ait Leonem olim in Hircum incidiſſe:quem quū timentem in locum quendā paulo altiorem ut rapturus in eſcam perſequeretur incidit in foueam latam anguſtam undiq; uiam habentem:unde exitus non erat • Hoc itaq; ira paſtoris cōmenta eſt ut Leonem per inſidias uenaretur•Hæc Perozas audiens timere cœpit ne Perſæ maligna ſimulatione in perſequentes uterentur:nec ul

Perozas rex•
Vnni Euthalitæ•
Gorgia Ciuitas•
Fabula,

terius proceſſit ac ipſum præſtolãdo rem in conſultatione poſuit• Vnni au
tem iam ex latebris ſeſe manifeſtantes aperte exitũ ne illi redire poſſent cu
ſtodiebant • Tunc uero Perſæ proculdubiõ inſidias & in quod incidiſſent
malum animaduertentes nullũ iam periculo remediũ habuere•Euthalita-
rum autem rex nõnullos e ſuis ad Perozam miſit qui eius in proſequendo
temeritatem accuſarent ex qua ſeq; ac omne genus ſuũ magna uerecundia
prodidiſſet ſalutẽ poſtremo pollicerentur ſi Perozas ſe uti dominũ adorare
uoluerit:ac iureiurãdo patrio adfirmare Perſas non amplius Vnnos bello
petituros • Hæc ubi Perozas audiuit Magos qui ſecum aderant interrogat
an præcepta eſſent faciunda•Illi autẽ reſponderunt ꝙ circa iuſiurandũ pre
ſtandum ei liberũ eſſet:In altero uero ſapientia quadam circũuenire inimi
cum oportere:nam Perſis adorare tantũ Solem eſſe legem:propterea tẽpus
in hac re obſeruandũ ut mane regem Euthalitarũ conueniat ac ad ortum
ſolis conuerſus eum adoret:hoc modo patrio more ſeruato facti ignominiã
eum uitaturũ • Perozas igitur de pace cautione data inimicũ e Magorum
iuſſu adorat: protinuſq; cum toto exercitu ex locorũ aſperitate libenter do-
mum ſe recepit•Nec multo poſt tempore promiſſa irritando acceptã ab eis
contumeliam ulciſci ſtatuit•Omnes itaq; ex omni loco Perſas ac ſotios co-
Cabades• gens in Euthalitas mouit:Cabade tantũ filio tunc primũ pubeſcente domi
XXX• filii re relicto:reliquos qui•xxx•fuere ſecũ ducens• Euthalitæ autem eius appara-
gis Perſarũ• tum ſentientes magnopere merebant:ſimulq; regem ſuũ incuſabant ut Per
ſis rem prodentẽ • At ille ridens quid inquit perdidiſſent: terrã ne an arma
uel quid aliud ex omnibus opibus? Hi uero excipientes nihil aliud reſpon
derunt q̃ occaſionẽ quæ reliqua omnia intra ſe continet : Quando uero res
huc deducta eſſet ut inimicis uenietibus ultro confeſtim occurreretur roga
bant•Ille uero in præſens proibuit ꝙ eorꝫ aduẽ exitus manifeſtus non eſſet:
nec propriam egreſſos eſſe terrã conſtaret• Quapropter eos in eodẽ loco præ
ſtolans hæc præparauit• In campo Euthalitarũ in quem Perſas erat ſuſpi-
tio uenturos tumulũ foſſa circundedit altiſſima lataq; ſatis : in medio loci
eminentis ac præcipitis tantũ relinquens q̃tum decem caperet equos:arun
Stratogema• dinibus uero foſſam: ſuperne terra cõiectis operuit • Vnnis uero præcepit
poſtq̃ inde retro adequitarẽt p locũ in breui ſe cõgregantes numero paula
tim ac otioſius irent obſeruantes ne in præceps ruerent• Paginam quoq; in
ſummo prætorii ſigno ſuſpendit:in qua Perozas iuramentũ preſtitit: quod
ille contemnens contra Vnnos uenit • Igitur donec eũ intra ſuas munitio-
Gorga• nes contineri uidit in eodẽ loco expectauit•Poſtq̃ uero eos in urbẽ Gorgam

in confinibus Perſidis ueniſſe ab exploratoribus audiuit & inde rurſus diſ
cedentem in Euthalitas ire. Ipſe cum magna exercitus parte intra munitio
nes manſit: Paucos uero miſit exploratum inimicos per campum: quibus
forte uiſis ſtatim retro exploratores fugerant recordanteſq; Regis manda-
torum quando foſſæ propius fuere parua per interualla ex ſucceſſione pede
tentim ſupra eam tranſierunt: ac reliquo ſe exercitui coniunxerunt. Perſæ
interim inſidias minime ſentientes animo magno per campum admodum
accliuem in hoſtes inuecti in foſſam omnes cecidere: non ſolum primi ſed
quot pone ſecuti ſunt ob impetum perſequendi nihil & ipſi fraudis animad
uertentes cum Equis & armis corruẽdo facile illos pondere interfecerunt:
ac una ipſi perierunt. Inter quos Perozas fuit una cum omnibus filiis: qui
ſe morientem ſentiens Vnionem candore ac magnitudine conſpicuum qui
ex aure ei dextra pendebat celeriter proieciſſe dicitur ne quis mortalium
eum poſtea ferret: quod mihi uериſimile nequaq̃ fit ut ei in tanta perturba-
tione aliquid ſimile in mentem uenerit: ſed in eo caſu auriculæ ictu excuſ-
ſum ac deperditum crediderim: quem Romæus Imperator magno ſtudio
ex Euthalitis emere querens minime potuit: quum ipſi magno labore con De Vnione
quiſitum nequaq̃ repperire ualuerint. Nõnulli tamen ab eis repertum exi miraculum.
ſtimant ſed alium Cabadi filio redditum. Quæ autem de hoc Vnione Per
ſæ prædicant operepræcium narrare: cuius forte ſermo non uſq;quaq; in-
credibilis uidebitur. Dicunt enim hunc quondam in Pectine in mari Per-
ſico fuiſſe: quem non procul a littore aperta concha natantem in cuius me
dio Vnio erat pulcherrimum præbuiſſe ſpectaculum nulli comparandum
ob magnitudinem ſimul & pulchritudinem: quæ Canem marinum miræ
magnitudinis in eius amorẽ ſollicitauit. Hic dies atq; noctes eum ſecutus
ſiquando fames urgeret aliquid eſcarum occurrẽtium in eodem loco breui-
ter ſibi ſumebat: donec eum comprændens deſideriũ omne uidendi exple
uit. Quidam uero paſtor hoc animaduertens ac feram ſimul & periculum
formidans regi Perozæ rem detulit. Is in eius item deſiderium magnope-
re uenit: blanditiaq; ac palpatione nõ modica Paſtorem inducere ad eum
capiendum quærit. At ille monſtrans nullum tantæ rei dignum compen
ſari præmium poſſe ait. Mi rex Opes quidem homini optabiles: uerum
longe optabilior uita: omnium deniq; cariſſimi liberi: quorum gratia quis
omnia forte audebit. Ego quidem & hanc belluam me ſpero capturum: &
Vnionis te dominũ conſtituturũ: uerum a te hinc mihi magna referri præ
mia æquum fuerit: uel mortuo (ſi forte ab hac bellua abſumar) filiis meis

benigne faciendo paternum fatum compenſare: ſic & ego defunctus dig-
num laboris præmiũ feram: tu uero liberalitatis gloriam hos qui pro te pe
riculum adierunt munerando referes. Hæc dicens piſcator diſcedens uenit
in locum ubi piſcis erat ſimul & canicula ſectatrix ac ſupra petram quan-
dam reſidentem obſeruat quando hæc in cibo ſibi obuio occupata exiſtat:
tunc dimiſſis in littore his qui ſecum miniſterio erant ipſe in piſcem inua-
dens eum extra traxit: quod canicula animaduertens ſubito latrauit. Vidẽs
autem ſagenator concham in littore tractam ilico ſagiptauit: unde paulo-
poſt extinctam ſuſcipientes hi qui in littore relicti huic operi erant unionẽ
ilico exceptum tegi cuncta quæ euenerant narrãtes tulere. Et hæc quidem
Perſæ de unione referunt. Nunc ad ea quæ mihi ſupra propoſita erãt reuer
tar. Perozas hoc modo cum uniuerſo exercitu extincto: ſi qui erant reliqui
ſtatim in hoſtium manus uenerunt. Ex illo igitur lex Perſis non amplius
in hoſtilem etiam ſi uis ultro irrueret incurrere. Qui autẽ milites cum Pe-
roza fines non exiuere: hi Regem Cabadem domi ſolum ac natu minorem
relictum regem ſibi elegerunt. Perſæq; ab Euthalitis annis duobus domi
Cabadis lex nati eouſq; uidelicet fuere donec Cabades uirtute fretus tributum amplius
de feminis. dare dedignatus eſt. Poſt hæc idem uiolentius Perſis imperitando legem
tulit ut omnes feminæ cõmunes eſſent: quum multitudo minime probaret
Blaſes rex. aduerſus eum inſurgentes captum in uinculis habuere. Blaſe Peroze fra-
tre rege conſtituto: quando ex Cabade uirilis proles nulla relicta eſt. Perſis
autem non phas Idiotam aliquem regno præficere niſi forte regium genus
admodũ exile ac obſcurũ fuerit. Blaſes igitur regno accepto Perſaꝝ optios
conſilio ſibi delegit: quibus in conſultatione propoſuit quid de Cabade agẽ
dum. Multitudini quidẽ interficiendus nõ uidebatur. Hic plures utrimq;
Chanaranges ſentẽtiæ dictæ: ſurgens autem quidam ex eis Guſænaſtades honore Chana
ranges. Hic enim magiſtratus inter Perſas extremos & euthalitas confines
uti Prætor putabatur. Is gladiũ oſtentans quo Perſę ungues actendere cõ-
ſueuerũt digitali lõgitudine: craſſitudine uero tertia digiti pte hũc inquit
breuẽ admodũ gladiũ uidetis. Hic aptus inq̃ pſens negotiũ abſoluere: qđ
paulopoſt ne. xx. hominũ armatoꝝ millia pficere poterunt. Hoc ideo dixit
manifeſtãs niſi Cabadẽ ſuſtulerint pſis poſtmodũ idẽ negotiũ facere. Non
nulli ſanguine regio uirũ minie necare uolẽtes in cuſtodia ſeruandũ que le
the uocabatᷣ cõſulebãt. Inter hec cõtigit pſas contra alios barbaros nõ lõge
ab Armeniis habitãtes bellũ gerere. Armeni eni conãtes in pſas fœderatos
beniuolẽtię ac pacis ſtudiũ oñdere in hoꝝ barbaroꝝ terras incurrere ſtatue

runt•Quod Perſæ cognoſcentes improuiſi & ipſi ruentes fere omnes pube-
res interfecerunt Poſt hec Blaſes quoſdam e ſuis fidelibus ad Arſacem Ar- Arſaceſ Arme
meniæ regem rogarũ mittit uti ſub fidem ueniret quem ubi adfuit eum hu niorum rex•
manitate reliquiſq; officiis eſt proſecutus:tum loco fratris habuit:iurantq;
demum inter ſe beniuolos inuicemq; Perſas & Armenos imperpetuũ ſoti
os fore•His actis ſtatim eum domũ remiſit•Tpe uero nõ multo poſt quidã
Arſacem calumniati ut rebus nouis ſtudentẽ ceperũt:quibus Pecurius ce
dens rurſus rogatum mittit uti ueniat ſe cũ eo de omnibus que agenda uel
le comunicare•At ille ſtatim morem ei gerens fortiſſimos armeniorum cũ
alios tum Baſſitium duxit qui dux eius in bello pariter & conſiliarius fuit
quum & fortitudine & prudentia longe preſtaret:quos ubi Pacurius uidit
ambos multis obiurgauit pfidiæq; acuſauit q; iuſiurandũ irritum feciſſent
ac tam cito ad defectionem ſpectaſſent•Hi autem negantes perſancte iura
uerũt nihil ab eis horum excogitatum Pacurius autẽ in cuſtodia multa cũ
ignominia ab initio tenuit:Deinde conſultis Magis quid in eos faciẽdum
Illi reſponderunt de his que negarentur nec manifeſte apparerent ſenten-
tiam ferri phas non uideri:modum autem ei docuere quo Arſaces ſeipſum
ſponte accuſare cogeretur Regiæ itaq; aulæ pauimentũ terra operire iuſſe NotaMagoꝝ
runt ſumpta dimidia ex armeniorum agro:altera dimidia ex agro Perſaꝝ: Magicam•
quod quum rex feciſſet Magi ſuis artibus in his utentes ei dicũt ut deam
bulationes cum Arſace in hoc ſpatio faciat:querendo ſimul pacta uiolata:
ſeſe autem collocutioni intereſſe uti teſtes oportere Rex igitur ſtatim ſic a-
gens magis preſentibus interrogat cuius rei gratia hac utẽtur perfidia fœ-
dera irritando & Perſas ſimulq; Armenios maximis obiciendo malis•Arſa
ces aũt donec in loco fuit ubi terra ex Perſide iacta eſt negauit & iuramen
tis grauiſſimis utens ſeſe captiuũ in fidẽ obtulit•Poſtq̃ uero ſpatii medium
preteriens in ſuam tellurem uenit audacius ilico ſermonem habuit ac ei &
Perſis oĩbus minitãdo ſeſe acceptã euindicaturꝝ iniuriam ubi primũ domi
nus eius efficeretur:atq; hec iactãs & fremẽs ſimul deambulabat donec rur
ſus reuertens in Perſidis terram tunc item mutatus uerba miſera proferre
uiſus eſt & iterum in ſuã reuertẽs ſuperbe loqui• Sic deniq; multoties facti
tando nihil archanoꝝ celauit•Tũc igitur Magi ipm ut fœdifragũ ac piuꝝ
condemnarunt Exquo Pacurius Baſſicii pellem detractam utrem conſtitu
it palea plenũ arboriq; altiſſimæ ſuſpẽdit•Arſacem uero q; regii ſanguinis
cede ſe commaculare noluerit cuſtodiæ lethes tradidit•Tpe uero poſt qui Nota ſerui fi-
dam Armenius ex Arſaci ualde fidelibus qui cum eo in Perſidem uenerat dem•
Perſis poſtmodum contra barbaras gentes multãs ut uir fortiſſimus ſpe-

ctanti Pacurio egregiã nauauiꝫ operã potiſſimaq́ꝫ uictoriæ illius cauſa fuit
Exquo Pacurius ei muneris optionẽ eoꝝ quæ cuperet dedit. At ille ſeſe tñ
una die Arſaci miniſtrare quomodo cuperet uelle ait. Quæ res quũ regem
uehemẽter triſtitia adficeret tollere antiquã legem coactũ quæ fuit ut nul
Lethæ carcer Perſarum. lus eundẽ niſi moriturus ingrederet᷑ unde carceri lethæ nomẽ fuit: ut tñ ue
rus eſſet poſtulata cõceſſit. Ille uero poſtq̃ in cuſtodiã ingreſſus eſt Arſacen
cõſalutauit congreſſiq́ꝫ inuicẽ dulci lamentatione pñtem fortunã cõqueſti
fleuere uixq́ꝫ iunctis dextris ab inuicẽ diduci ualentes ubi lacrimis exſatu
rati quieuere. Armenius Arſacen imprimis lauit: deinde in regiũ habitum
reſtituens in thoro collocauit. Hic etiã adſiſtentes ei regie accumbere iuſ
ſit ueluti prius conſueuerat. In hoc itaq́ꝫ conuiuio multi & uarii ſermones
habiti: qui Arſacen ualde delectauere multaq́ꝫ alia in medio quæ ad eius
faciebant uoluptatem parata: potione uſq́ꝫ in noctem protracta plurimiſq́ꝫ
delinimentis habitis: quũ iam hora degrediendi eſſet Arſacen dixiſſe ferũt
quẽadmodum dulciſſimũ omnium diem peregiſſe in qua fœliciter actum
cum eo eſſet ſi ultima foret congreſſo cum omniũ amantiſſimo uiro nec reli
quam ſe deinde æquo animo calamitatẽ amplius paſſurũ. Atq́ꝫ hæc dicen
tem Armenius ſumpto gladio ex menſa quẽ de induſtria paratum ad hoc
Arſacis exitus babuerat eum interfecit. Sic igitur Arſacis exitus uti Armeniorũ hiſtoria
refert eſſe contigit. Ego uero unde ſum digreſſus reuertar. Cabadi ſic inclu
ſo mulier neceſſaria miniſtrabat: quã carceris Præfectus ꝙ eſſet forma præ
cellenti tentauit: quod ubi Cabades ab ea didicit iuſſit illi morẽ gerere. Sic
itaq́ꝫ ille in eius ueniens amorem atq́ꝫ complexum optanti facile deſiderata
conceſſit ut uidelicet ingreſſum ad uirum continuo haberet nemine prohi
bente ac quocunq́ꝫ tempore. Erat inter Perſas uir exiſtimatione magna no
mine Seoſes Cabadi ualde amicus qui apud Carcerem diu immoratus ob
ſeruabat ſi qua uia ad colloquendũ cum eo daretur & per mulierem ei ſig
nificauit quẽadmodum equi ſimul cum hominibus præparati nõ longe a
carcere eſſent locum ei manifeſtans: eandẽ inſuper induxit ut nocte ſequen
te mutatis cum Cabade ueſtibus ipſa pro eo in carcere remaneret: ille uero
egrediens ueſtitu muliebri cuſtodeſq́ꝫ fallens liberatus eſt: ubi autẽ illuxit
cuſtodes feminã uirili habitu adſpicientes admirati uirum hic etiam late
re ſuſpicantur. Pluribus quoq́ꝫ in hac opinione diebus erant donec ille pro
cul emenſo itinere apparuit. At poſtq̃ in lucem muliebres inſidiæ uenerũt
quodnã penç genus in eam ſtatuerint nõ habeo dicere: quũ Perſæ minime
inter ſe facta cõmunicent. Cabades interim clam omnibus cum Seoſe ad
unnos Euthalitas peruenit ubi regis filia in matrimoniũ ducta exercitum

eorũ in Perſas ingentem duxit• Cui hoſtes quum reſiſtere ſeſe impares eſſe animaduerteret protinus in fugam ſe uerterunt• Poſtq̃ uero Cabades in loco fuit ubi Guſanaſcades imperabat uerſus ad quoſdam e ſuis fidelibus ait queẽadmodum illum uirum Chanarangen cõſtitueret qui ea die Perſarum primus in conſpectũ ueniens ei miniſtrare uellet:dicentem uero ſtatim ſermonis pœnituit quoniã lege admonebatur quæ Perſas prohibebat in alienos imperia ferre ſed quibus honor cuilibet ſcdm genus cõueniat• Timuit itaq; ne quis obuiã fieret Chanarangi ꝑpinquus exiſtens ac ꝓpterea legẽ ſoluere ut uerus fieret cogeret• Hec igitur meditanti cõtigit fortuitu ut neq; legem ſoluẽdo dicta ſeruaret• Euenit autem ut primus Adergudunibades homo iuuenis ꝑpinquus Guſanaſcadi ac bello aptiſſimus occurreret:qui Cabadem regẽ ꝓtinus adorauit ſeſe uti ſeruũ cuiuis uſui offerẽs • Cabades itaq; in regiam nullo labore perueniẽs Blaſen omnibus circa preſidiis deſtitutũ offendẽs exercuit modo quo Perſæ uiros improbos exercere ſolẽt oleo uidelicet feruẽte ſupra oculos aptos infuſo ſeu cuſpide aliqua ferrea per uim extraente reliquo tpe in cuſtodia habuit quũ regnaſſet annis duobus• Guſanaſcadẽ uero interficiens loco ipſius Adergudunibadem Chanarangẽ• Seoſem uero Adraſtadarã ſelanem cõſtituit:qui magiſtatus exercitibus & ducibus omnibus præeſt:queue primus Seoſes inter Perſas ac ultimus obtinuit quũ neq; prius neq; poſtea aliquis fuerit • Cabades ergo regnum tuto cuſtodiit & prudẽter adminiſtrauit quũ nulli & ingenio & in agẽdis experientia inferior eſſet• Paulo autem poſt quũ idem pecuniã Euthalitaꝝ regi deberet quã exoluere nequaq̃ poſſet ab Anaſtaſio Romæoꝝ Imperatore mutuo petiit• Quod ille quũ in cõſultatione amicoꝝ poſuiſſet:eis minime uiſum:inutile quippe dictitãtibus propriis pecuniis firmiorem inimicis in Euthalitas amicitiã reddere:eoſq; magis expedire inter ſe bello peti & uiribus abſumi• Quaſobres Cabades indignatus nulla alia de cauſa in Romæos exercitum mouere ſtatuit ac ipſe primus nũtius in Armenioꝝ agrũ irrupit• unde multã populabundus prædã ducens ad urbem Amidã Meſopotamiæ uenit• Hanc hiemis tẽpore obſidione cinxit• Amidem autẽ ut in pace agentes ſine militibus ac omnibus imparati quanq̃ hoſtibus occurrere nõ auderent qua tamen potuerunt uia præter opinionẽ aliq̃diu reſtitere• Hic operepræcium de Iacobo narrare • Is inter Syros uir admodũ iuſtus & qui in rebus diuinis diligẽter exercebat• In uico ab Amida uni9 diei iter diſtãte iampridem ſeſe intruſerat ut affatim quæ ſunt ad pietatẽ meditari poſſit• Hinc ei addicti homines in breui ſpatio cancellis inter ſe raris ut uideri ab adeunti

Cabades i regnũ reſtituitur

Adraſtadara ẽ

Amida urbs meſopotamię

Iacob9 Syrus

buſac paſſim conſuli poſſet ipſum incluſerunt: ubi neq; æſtus neq; frigora curans tantum ex ſeminibus quibuſdam uictitans non cottidie ſed interuallo dierum multorũ ſumptis. Hunc igitur Perſæ quidam excurrendo ad ea loca ſagiptis petere tentantes diuino portento manus: arcuſq; immobiles ſunt uiſi cõſiſtere. Hac fama in caſtra Perſarum perlata Cabades ire uiſum ſtatuit: quo animaduerſo horrore ſimul cum Perſis qui aderant captus Barbarorum noxam deprecari cepit. Ille autem tantũ uerbo malum hoc pepulit. Ex quo homines illi liberati ac in priſtinum reſtituti fuere ſtatum. Tũc Cabades pro meritis ei quod uellet optionẽ dedit putans eum magnas opes petiturum: tantum ab eo poſtulauit ut homines qui in hoc bello ad eum uiſendum ſecederent ſaluos eſſe uellet: quod Cabades facile conceſſit: inſuper ſyngrapham pignoris loco ac tutelę dedit. Hoc itaq; rumore peruagato plurimi ad eum confugientes incolumes ſeruabantur: & hec ſic quidẽ ſe habuere. Cabades autẽ in obſidione perſeuerãs omnibus machinis admotis menia conquatiebat. Amideni trabibus quibuſdã oppoſitis impetũ frangebãt Ille uero ubi murũ inexpugnabilem eſſe ſenſit fruſtra ſe operam conſumere uidit ita ab initio ad fabre cõditus fuit. Ex una tantũ urbis parte quæ facilius expugnari poterat tumulũ quendam arte contra menia excitauit ea longe ſuperãtem. Oppidani uero circa menia foſſam uſq; ad eum fecerunt: Indeq; clam terram extrahentes uacuũ intus ex magna parte tumulum reliquerũt. Extrinſecus autem forma nihil propterea immutata. Perſæ igitur hunc multi ſecure ad uerticem uſq; aſcendentes inde menia oppugnabant: at quum turba militũ curſu certatim conſequeretur tumulo protinus ruente omnes periere. Cabades igitur caſu tali perterritus obſidionẽ relinquere ſtatuit: exercituiq; diſceſſum in diem poſteram edixit. Oppidani itaq; tanto metu ſoluti procul iã a periculo multis barbaros probris ac riſu e menibus inceſſerunt: quin meretrices quædam magno dedecore ſublata ueſte pudenda Cabadi prope adſtanti in contumeliã oſtenderunt: quod Magi animaduertentes regem ad reuocandũ exercitum adortati ſunt eo namq; adſpectu admoniti prædixere ut breui tempore Amideni arcana omnia & arma Cabadi eſſent patefacturi: quamobrem caſtra rurſus firmata. Paucis poſt diebus quidam Perſa Hippomoni id eſt equorum paſtoris antiqui tugurii ingreſſum ad menia conſpexit: quod tantum breui tegmine opertum fuerat. Nocte itaq; ſolus huc ueniens ingreſſu tentato intra muros penetrat. Vbi dies apparuit rem oẽm Cabadi nũtiat: qui nocte inſequẽti cũ paucis adhibitis ſcalis uenit: cui ſecũda quædã cõtigit fortuna hoc modo. Turrem prope

Amidæ obſidio.

Hipponomũ chriſtianorum ſapientiſſimi forte cuſtodiebant quos Mona-
chos uocant. Hi feſtum quoddam annuũ eo die celebrauere nocte autem ſe
quente ueluti feſſi ob peractam celebritatẽ: magis autem in crapulã conſti
tuti liberioris potationis: alto dulciq́ ſonno dormierũt: exquo minime eorũ
quæ euenerũt ex hoſte ſentire potuerũt. Perſæ igit per Hipponomũ intra
menia ingreſſi in turrim aſcenderũt ac dormiẽtes monachos offendẽtes om
nis interfecerũt: Quod ubi Cabades nouit ſcalas e ueſtigio muro prope hãc
turrẽ admouit: iamq́ dies aderat: ac hi qui proximi turri cuſtodes erant ma
lum hoc animaduertẽtes clamauere. Hic facta utrimq́ pugna: iam Amide-
ni ſupiores apparebant multis interfectis: plurimis etiã e ſcalis deiectis iãq́
procul a periculo uidebantur niſi Cabades ipſe Acinacem educẽs ad ſcalas
adcurriſſet hic Perſis eũ intentans illos deſcẽdere nõ permiſit: pena mortis
propoſita reuerti audẽtibus: quapropter multitudine ingenti irruente ſupe
riores facti ciuitatẽ facile ceperũt die ab obſidione octogeſima. Amidenorũ
cedes plurima facta donec Cabadi in urbẽ adequitanti quidã e Ciuibus &
ſenex & ſacerdos occurrẽs ait. O q̃ regium captos interficere. Cabades autẽ
iratus reſpondit. Cur mihi bello reſiſtere audetis. Hic ſtatim excipiẽs: quo-
niam inquit deus nõ noſtra uolũtate ſed tua uirtute Amidam tibi tradere
uoluit. Quo ſermone Cabades lætatus cedi modũ ſtatuit: ſed tantum Gaza
Perſis direpta reliquos in captiuoꝝ numero haberi iuſſit. pauloq́ poſt nul-
lo hæc præſidio e ſuis reliquit cũ Glone præfecto uiro Perſa: ſimulq́ paucos
admodũ & miſeros Amidenos qui Perſis miniſtrarẽt. Ipſe uero cũ reliquo
exercitu ac captiuis domũ ſe recepit in quos humanitate rege digna ẽ uſus:
nam breui poſt tẽpore omnis miſſos fecit: exquo illi una domũ abiere quan
do uidelicet Anaſtaſius princeps Romæoꝝ operam in eoſdem uirtuti dig
nam oſtendit: ſeptem annis a uectigali conſueto urbẽ liberando: ipſos inſu-
per & publice & priuatim multis donis munerando: exquo præteritoꝝ ma
lorũ obliuione facile ſunt capti: ſed hæc tẽpore poſt contigerũt: Nam tunc
Anaſtaſius ubi accepit Amidã obſideri idoneũ ilico miſit exercitũ cui Du-
ces erant omnino quattuor Areobindus Olybrii ſocer: qui paulo ante in oc
cidente imperauerat: tunc orientis prætor erat. Et Celer ordinũ in palatio
præfectus quem magiſtrũ Romæi uocãt. Reliqui duo Patritius Phryx &
Hypatus Imperatoris fratris filius qui ambo Byzantii militũ præfecti fue
re. His additi erant Iuſtinus qui poſt Anaſtaſium imperauit & Patriciolus
cũ Vitaliano filio qui arma contra Anaſtaſiũ ſumens paulopoſt tyrannidẽ
corripuit & Phareſmanas Colchus genere in rebus bellicis præſtans & Go

Monachi xpianoꝝ ſapientiſſimi.

Amida capta

Anaſtaſii exercitꝰ ad amidã ſuccurrẽdã

Celer.

Patritius.

Hypatus.

Iuſtinus.

Patriciolus.

gidaſclus & Meſſas• Gothi homines ex his qui Theuderichū e Thracia in Italiā uenientē nō ſunt ſecuri ambo & ſanguine generoſi & bello aptiſſimi• Deinde nōnulli fortes uiri ſunt ſecuti : quo facile exercitu nullus nec prius nec poſtea cōtra Perſas a Romæis exiit•Hi quidē oēs nō in eodem loco congregati neq; una tm̄ expeditione ibāt ſed quilibet cū ſuis militibus quibus ꝑerat cōtra hoſtes tēdebat•Diſpēſator uniuerſi exercitus Appion ægyptius miſſus eſt uir inter parritios illuſtris & in rebus agēdis ſolertiſſimus•deniq; ab Imꝑatore cōſilio adhibitus huic igr̃ ſumptuū erogādoꝝ poteſtatē quę ei uideret̃ dedit•Hic itaq; exercitꝰ quū otioſius ꝓcederet & tardius cōueniret barbaros in Romeoꝝ finibꝰ nō inuenit qm̄ Perſæ poſt uictoriā excurrētes ac populabūdi in patriā cū oī ꝑda reuerterūt• E nr̃is uero ducibꝰ nullus ad expugnationē eoꝝ q Amidā tenebāt ire tūc primū quū multa prius neceſſaria forēt expectāda:ſed tm̄ in hoſtiū regionē irruptionē facere in aīo habebāt:nec ſimul ſed ſeꝑatim inter ſe ut ſupra narraui ꝓcedebāt•Hec ubi Cabades didicit(nā ꝓpe aderat)in fines Romæoꝝ celeriter ueniēs fit obuiā:Nōdū eni Romæi cabadē cū exercitu ſed ꝑte ipſius tm̄ cōtra ꝓficiſci putauere•

Arzanii• Qui itaq; cū Areobido erāt apđ oppidū Arzanioꝝ duoꝝ iter dieꝝ a Cōſtantinopoli diſtās caſtra poſuere•Qui aūt cū parritio & hypatio apud oppidū

Siphris oppidum• Siphrim qđ ab Amida ſtadiis nō minus CL abeſt•Celer eni nōdū huc uenerat• Areobindus autē poſtq̄ Cabadē cū toto exercitu ei occurrere audiuit caſtris quū oībus ſeq̄ntibus relictis fugā adripiēs Cōſtātianā curſu ꝑuenit• Paulo deinde poſt ſuꝑuenieētes inimici caſtra opibus uacua ſuſtulere• Inde e ueſtigio ad aliū Romeoꝝ exercitū ꝓperārt•Qui aūt cū parritio & hypatio erāt in•dccc•euthalitas inciderūt Perſaꝝ exercitū ꝓcedētes:quos oīs interfecerūt:nihil de cabade & perſaꝝ exercitu audiētes ac ueluti iā uictores ſecuri arma deponētes prādio ſe adcinxerūt quū hora diei eo protractu appeteret In hoc loco riuus qdā fluebat ubi carnes aſſandas:quidā aurē æſtu feſſi ſe lauare ceperūt:cuiꝰ rei gr̃a aq̄ riui turbata ulteriꝰ ꝓcedēs apparebat•Cabadeſ aūt ubi ea q̄ euthalitas acciderāt didicit ſtatī cōtra iimicos ē ꝓfectꝰ ac poſtq̄ turbatā uidit aquā euentū ꝑſagiēs imꝑatos fore hoſtes celeriter in eos adeq tare iuſſit:qbus uix ſentiētibꝰ & inermibꝰ exn̄tibus repēte irruit Romei ut q uenietes minime aīaduerterēt uiribꝰ deficiētes quo qſq; potuit fugiūt:qui ꝑtim depreſi interfecti:ꝑtim in mōtē uicinū aſcēdētes inde cū terrore ac clamore multo ꝑcipites acti fuere:exquo nullū ſupſtitem fuiſſe dicunt• Patritius aūt & Hypatius iā inde ab initio irruptiōis fugā adripuerūt•Poſt hec Cabades Vnnis hoſtibꝰ in eius terrā inuadētibus domū reuerti coactus eſt

bellumq; longũ contra gentem hanc in parte Septẽtrionalis regionis geſſit
Interea uero alius Romæoꝝ uenit exercitus qui nihil ſane dignum laude
geſſit: quũ nullus ei præeſſet Impator: ſed æquales uero oẽs duces inter ſe
pugnantes ſententiis diſcrepabant:quapropter agere nihil in eodem ualue
re•Celer autem cum Comitibus Nymphiũ fluuium tranſmittens excurſio Nymphius
nem quandam in Arzanem fecit• Eſt autem hic fluuius prope Martyropo fluuius•
lim•Ab Amida uero octoginta procul ſtadiis qui prædantes circũuicina lo Arzanes•
ca paulopoſt reuerterũt:nam breuis admodũ excurſus fuit•Poſt hæc Areo
bindus Byzantium ab Imperatore reuocatus rediit•Reliqui Amidam hye
mis tempore profecti obſederunt ac ui expugnare quanq̃ plurimũ conãtes
non tialuere:fame autem id adſequi debuerant: quũ omnibns oppidani ne
ceſſariis deſtituti neſcientibus Romæis eſſent:nã milites iam obſidione hie
mis tempore feſſi:inſuper Perſarũ exercitum aduerſus iamiam uenire auxi
lio ſuſpicanres quocunq; modo inde ſe liberare contenderũt•Perſæ uero nõ
habentes quomodo in rebus difficilibus ſufficerent: præſentem penuriam
quoad potuere celauerunt:ſpeciẽ tamen copiæ hoſtibus præſeferentes•Su-
per his igitur ſermones ferunturꝙ Perſæ libras auri mille per Glonis Ami
dæ præfecti filium accipienres Romæis Amidam dedere•Illi libenter uoti
compotes effecti ſunt•Glones enim iam deceſſerat hoc modo• Non procul
ab Amida ciuitate exiſtentibus Romæis Ruſticus quidã ut conſueuerat in
urbem clam ingreſſus aues panes fructus multaq; huiuſcemodi huic Glo-
ni pecuniæ cõmutatione tribuens in Patritii conſpectum uenit ac Glonem
cum Perſis ſe traditurũ recepit ſi qua ex eo ſpes muneris eſſet•Patritius om
nia pollicitus hominẽ remiſit• Hic igitur ueſte lacerata & ſimilis plorãti in
urbem ingreſſus ante Glonem conſtitit•Plurima tibi bona inquit mi domi Nota Ruſtici
ne ex agro adferebam in uicinos milites incidens (nam palantes per agros proditionem•
excurrunt) plagis intollerandis ſum ab eis petitus• Inſuper his quæ ferebã
omnibus ſpoliatus uti prædones ſolẽt: quos ex antiqua lege & Perſæ timẽt
& ruſtici uim ex eis patiuntur•Verũ tibi & nobis ac Perſis una poteris faci
le ſubuenire ſi hinc in Ciuitatis ſuburbana uenabũdus ibis prædam nõ ig-
nobilem conſequeris:quini enim & quaterni ſimul nefandi homines circũ
euntes omnia turbãt•His dictis Glones perſuaſus hominẽ interrogat quot
opus Perſis ad hanc rem? Hic quinquaginta inquit ſatis uidentur non enĩ
plures illos q̃ quinos incedere:ſi autem hoꝝ duplos miſeris res longe tutiſ-
ſima•Glones igitur equites ducentos eligens homini ducendos dedit•At is
longe melius ait putare exploratũ prius mittere ut ſi quos etiã in agris eiſ-

dem circumeũtes Romæos uiderint nuntient:ſic itaq; tutius erit Perſis ex-
turis. Probe igiť loqui uiſus a Glone ipſemet exploratũ mittitur. Iſta tim
ad Patritiũ ducem intendẽs omnia retulit:qui equites haſtatos duos & mi-
lites mille cũ ipſo miſit quos circa uicum Thilaſamũ ſtadiis. xl. ab Amida
diſtantẽ in ſaltibus & locis ſiluestribus abſcõdit:ac in inſidiis manere iuſſit
deinde in urbẽ curſu reuertit: Gloniq; nuntiat uenationẽ iam paratam eſſe
quapropter cum Ducentis ſibi traditis exiens ad inſidias tendat inimicorũ.
Poſtq̃ uero locũ tranſiuere ubi Romæi collocati erãt ex inſidiis eos excitat
iam hoſtibus prædæ oblatis. Perſæ ubi ſe perditos conſpiciũt re noua perter-
refacti ob rem improuiſam multa cum anxietate fuere: quibus neq; retro-
reuerti facultas erat a tergo exiſtentibus inimicis:neq; alio fugere in hoſtili
poterant:ſpem unã ſalutis nullam ſperare ſalutem duxere. Itaq; in prœliũ
contra petentes eos deſcendẽtes facile numero:uiribuſq; inferiores ſuperati
ad unũ omnes ſimul cum Glone perierunt: quod eius filius reſciens dolo-
re ſimul & ira furiatus quũ patrem ulciſci nõ ualebat:Symeonis ſancti uiri
templum incendit ubi Glones interfectus fuit quũ nullum aliud ædificiũ
neq; Glones ipſe neq; Cabades neq; Perſarum aliquis ſiue intra ſiue extra
Amidam euertere aliquo modo tentauerunt. Ego uero unde ſum digreſſus
reuertar. Hoc modo Romæi Amidam prætio receperunt duobus poſt An-
nis q̃ ab inimicis eſt capta. Poſtremo Perſæ bello cum Vnnis diu perſeue-
rante Septem annorũ inducias cum Romæis fecere Celere & Aſpendio au-
ctoribus:ac domũ utriq; reuertentes quieuere. Sic igitur uti ſupra narratur
Romæorũ ac Perſarum bellum initium habens in hoc deſiit. Nunc uero ea
quæ circa Caſpias portas contigerunt referam. Taurus Cilicum mons pri-
mo quidem Cappadocas & Armenios circuit terrã quoq; Perſarmeniorum
uocatorum. Inſuper Albanos Iberos & quaſcunq; alias gentes ſuo nomine
uocatas Perſis alioquin ſubiectas circa habitantes. Extẽditur enim in regio-
nes multas:ꝓcedenti quoq; mõtis huius & latitudo & altitudo in imenſum
protraitur. Aſcendenti quoq; Iberorum montes ſemita quædã in anguſtia
multa ſtadiis ſupra quinquaginta producitur: ea ſiquidem uia in abrupto
quodam ac penitus inuio deſinit loco: exitus autem nuſq̃ apparet præterq̃
porta quadam a natura inuenta quæ Caſpia antiquitus dicitur. Hinc cam-
pi ſunt equis apti paſcendis & aquis multis abſq; arte referti alioquin ſupi-
ni ubi Vnnorum gentes fere omnes habitant uſq; in paludem Mæotidem
pertinentes. Hi enim ſi quando per portam ſupra nominatam in Perſarum
ſeu Romæorũ regiones exeũt pernicibus eunt equis nulla utentes circui-

Thilaſamus uic. (handwritten margin note)

Templũ Symeonis.

De Portis Caſpiis.

Taurus mõs

Perſarmenii.

tione itineris etiā ſi in prærupta inciderint loca præterq̄ Quinquaginta illa ſtadia quæ ad montes Iberos pertinent. Per alios autem quoſdā exitus cun tes multo labore ueniūt neq; eiſdem utentes equis periodos enim ipſos cir/ cuire multos neceſſe ut has portas præruptas ac præcipites euitent. Quod Alexander Macedo animaduertens muniminis ac breuitatis gratia dicitur eas ædificaſſe præſidio ibidē relicto: quod poſtea cum alii plures: tum Ari/ bazutes habuere is genere Vnnus Romæis & Anaſtaſio principi amicus fuit: qui poſtq̄ in ſenectutem ultimam peruenit iamiam moriturus Anaſta ſio per Legatos ſe præſidio portiſq; ceſſurum promiſit ſi pecuniam tribuat. Ille uero ut qui nihil inconſulto aut temere faceret cogitans q; milites in ea loca mittere ut deſerta rebus omnibus minimeq; ſubditis Romæorum uici na nequaq̄ comode poterat: gratiam quidem homini ob eius beniuolentiā ſe dixit habere: rem uero hanc ſe nulla ratione curare. Aribazutes non mul topoſt ex eo morbo deceſſit: portas deinde Cabades erectis per uim illius filiis poſſedit. Anaſtaſius autem poſtq̄ inducias cum Cabade fecit Ciuita/ tem Anaſtaſiam ubi erat Dara in Meſopotamia longe inexpugnabilē atq; pulcherrimam de ſuo nomine conſtruxit: a Niſibi quoq; urbe ſtadiis No/ nagintaocto diſtantem in Romæorum Perſarumq; confinibus conſtitu/ tam. Perſæ id ædificiū impedire maxime cupientes nequiuere Vnnorum bello occupati. Poſtq̄ uero id Cabades diſſoluit miſit ad Romæos queſtum Ciuitatem in ſuis prope confinibus ædificatam eſſe: aperte negans hoc ab initio inter fœderum conditiones compr[illegible]nſum. Anaſtaſius uero partim amicitia: donis etiam plurimis rem protrahendo uerſari tum cauſam belli abſcindere queſiuit. Idem quoq; aliam huic uicinam Ciuitatem in Arme/ niis ac Perſarmeniæ finibus ædificauit: quæ uicus olim erat ac uſq; Theo/ doſii tempore de ſuo nomine Theodoſia eſt appellata: uerum menibus ab Anaſtaſio poſtea inſtaurata: utrumq; ſane ædificium in regione Romæo rum ac Perſis maxime ob uicinitatem infeſtum. Anaſtaſio deinde paulo/ poſt decedenti Iuſtinus ſucceſſit poſthabitis illius propinquis quanq̄ mul tis & inluſtribus. Tunc Cabadem cura ſubiit ne Perſæ res nouas in eius domum molirentur q̄primum ipſe deceſſiſſet, quoniam nō ſine controuer/ ſia in aliquem filiorum regnum traducturus erat. Ex his Cabadem natu maiorem ætatis gratia lex uocabat. Cui ſimul & naturæ patris uoluntas aduerſabatur q; ei minime placeret. Bazes autem q; ſecundus erat altero captus oculo longe proibebatur. Nam Mōnophthalmum uel alium corpo ris defectū patientem non phas Perſis regem conſtituere. Coſroem autem

Aribuzanes unnus.

Anaſtaſia urbs ubi Dara.

Theodoſia

Cabadis filii.

ex Abeuedo ſorore filium magnopere pater amabat. Videns autem Perſas
Zamus. omnis Zami fortitudinem admirantes (erat in bello aptiſſimus: ceteraſq;
uirtutes maxime colens) ueritus eſt ne in Coſroem inſurgẽtes res indignas
in eius domum perpetrarẽt. Viſum igitur optimum & bellum & belli cau-
ſas cum Romæis diſſoluere ut Coſroes filius adoptiuus Iuſtino Imperato-
re fieret ſic deniq; regnum ſeruari poſſe. Duos itaq; Legatos cum litteris ad
Epiſtola Cabadis ad Iuſtinianum. eum Byzantium miſit in quibus hæc ſcripta erant. ❡Quanq̃ iniuſta a Ro-
mæis patimur ut ipſe ſcire potes ego nihilominus quærelas omnis dimitte-
re ſtatui illud animaduertens ꝙ hi maxime hominũ uincunt qui phas co-
lendo ſponte cedentes uincuntur. Gratiam tamen hanc abs te magnopere
contendo quæ noſipſos ſubditoſq; noſtros in unam conſanguinitatẽ ſit de-
uinctura: deniq; beniuolentiam pacemq; tum bonorum omniũ copiam ſit
apta introducere. Hęc autem fuerit ſi Coſroem meum mihi ſucceſſurum in
tuum adoptaueris filium. Hæc ubi Iuſtinus legit unacum Iuſtiniano ſoro-
ris filio qui eius heres eſſe ſperabatur uehementer eſt animo letatus: celeri-
terq; hanc adoptionem in litteris ponere ut eſt mos Romæorũ curabat ni-
Paraedrus. ſi Proclus proibuiſſet qui tunc Imperatoris Paraedrus erat: magiſtratũ Co-
Coæſtor. æſtoris appellati gerens uir imprimis iuſtus & procul ab omni auaritia.
Ideo neq; aliquam legem facile gratiæ cauſa conſcripſit. Is itaq; tunc con-
tra ſentiens ait. Res nouas aggredi nunq̃ facile conſueui cum maxime ti-
meam: in his aliquod plerumq; periculum: aut inſidias uerſari ut huic fa-
cto contingit. Non enim aliud exiſtimo in præſenti conſilio nobis eſſe q̃ ut
res Romæorũ Perſis honeſta ratione tradamus. Illi autem non tacite nec
operimento aliquo ſed aperte fatendo cõſilium impudenter Imperium no-
bis adimere quærunt ſub aperta deceptione utilitatem obijcientes. Re au-
tem uera ineptam curioſitatem oſtendentes. Quapropter decet uos ambos
hanc barbarorum petitionem omnibus uiribus abicere. Te inq̃ imprimis
Iuſtine ne Romæorum ſis ultimus Imperator: Te deinde Dux Iuſtiniane
ne tibi ipſi ad Imperii ſucceſſionem ſis impedimento. Alia quidem ſophiſ-
mata honeſta interdum ſpecie inuoluta forte interprætatione apud nõnul-
los indigent. Hæc uero ab exordio ſtatim legatio ad Imperatorẽ Romæo-
rum hunc Coſroem quicunq; ſit in hereditatẽ adoptare uult. Sic enim mi-
hi de his diſſerere uidetur. Natura res paternæ filiis debentur: leges autem
diuerſæ hominibus inter ſe pugnant. Hic uero & apud Romæos & apud
Barbaros tantum conueniunt ut filii bonorum patris ſucceſſores exiſtant.
Ex quo prima uobis tantum eligentes reliqua omnia concedere oportebit.

Et hæc quidem Proclus • Imperator uero ac Iuſtinianus ex eius conſilio fe-
cerunt • Inter hæc Cabades alias rurſus litteras ſimulq; uiros ad eum dig-
nos miſit oratum ut pacem cum eo conſtituat : ac in litteris modum oſten-
dat quo filii adoptio ſi uellet faciunda ſit • Proclus autem tunc magis Re
gis aſtutiam calumniari cepit adfirmans curæ illi omnino eſſe ut Romæo
rum potentiam rebus ſuis tuto adiungat : quamobrem ſententiam dixit•
Pacem quidem quam peteret concedendam ſibi uideri : eiuſq; rei gratia le
gatos ad eum primarios uiros mitti : quos monere oporteat ut interrogan-
ti forte Cabadi de adoptione aperte reſpondeant ut Barbaro decet:ꝙ Barba
ri non litteris filios ſed armorum inſtrumento facere ſoleant• Iuſtinus itaq;
Legatos remiſit promittens breuiter poſt eos ſe ſuos miſſurum : qui res pa-
cis cum Cabade tranſigant : In hanc etiam ſententiam illi reſcripſit • Mit-
tuntur igitur Hypatius Anaſtaſii Imperatoris ſororis filius : & Patritius
prætor orientis:ac Rufinus Siluani filius inter Patritios uir inſignis & Ca
badi uſq; ex maioribus notus• Perſarum autem legati Seoſes Andraſtanda
ras:genere Perſa uir grauiſſimus ac potentia & magiſtratu Salanes ac Me
bodes magiſtri munus obtinens qui omnes in locum unum conuenientes
Perſarum Romæorumq; agros diſterminantem ac inter ſe congredientes
conſtituere quemadmodum ea quæ diſſentiebant conciliarent : & quæ ad
pacem attinebant probe conſtituerent• Venit autem Coſroes ad flumen Ti Tyris fl:
grim qui a Niſibi duoꝝ iter dierum abeſt ut poſtq̃ de pace cōueniſſent ipſe
Byzantiū mitteretur•Plures igitur & alii ſermones inuicē ſup his quæ diſ-
ſentiebāt habuere•Inter hæc Seoſes dictitabat Lazoꝝ regionē ui nūc a Ro
mæis ereptā Perſarū antiquitus poſſeſſionis fuiſſe: quod Romæi graue ne
id putantes omnino negauere•Quoad adoptionē uero dixerūt: hāc Coſroi
fieri oportere uti barbaro conueniret • Quapropter Perſis ſe ſugillatos eſſe
animaduertētibus:utriq; ſoluto ſermone ſe domū receperūt•Coſroes quoq;
ſine effectu ad patrē abiens meſtus ex his que contigerāt Romæos uehemē
ter optabat pro cōtumelia recepta punire•Poſt hec Mebodes Seoſem apud
Cabadē calūniatur ꝙ ſermo quē non iuſſus de Lazoꝝ terra reſtituenda ha
buit cauſa fuerit excludendi pacem: tum ꝙ cum Hypatio ſuo Imperatori
parum beniuolo rem primum cōmunicando & pacem & Coſrois adoptio-
nem ad effectum produci nō permiſiſſe • Hæc & alia nōnulla inſimulando
Seoſem ad Iuditium uocarunt • Perſarum igitur conſilium inuidia magis
q̃ lege per motus eius & honoribus ſimul & moribus offendebatur • Erat

enim Seoſes a pecunia doniſq; admodum abſtinentiſſimus : tum æqui ſeruantiſſimus uitio tãtum iactantię obnoxius quod Perſarum maxime principibus peculiare fuit• In ipſo autem præter omnes hanc magnopere uigere arbitrabantur• Itaq; accuſatores mihi iam dicta inferebant: tum ꝙ a Perſarum relligione ac cerimoniis auerſus erat uana colendo numina : Exquo uxorem pauloante defunctam contra patrium ritum hoc proibentem humauit: quamobrem eum capitis pena damnauerũt • Cabades igitur meſto ſimilis ex Seoſis amici caſu, adloqui tamen eum nullatenus uoluit: non ob iram in eum aliquam : ſed Perſarum legem ſermone diſſoluere noluit q̃uis & uitam & regnum homini debuerit • Ex alia parte Rufinus Hypatium apud Imperatorem inſimulauit: exquo de magiſtratu deiectus: Imperator quoſdam e ſuis ſtudioſis uehementer increpans ꝙ nihil in hac accuſatione ſanum repperiſſet : nihil ulterius ſeuit • Cabades autem q̃uis maxime in fines Romæorum excurrere optaret, nullo modo potuit caſu quem iam referam huiuſcemodi ſuperueniente • Iberi qui Aſiam incolunt prope Caſpias habitant portas ad boream pertinentes: Ipſiſq; ſiniſtrorſus terra Lazorum: dextrorſus autem ad orientem Perſarum gentes ſunt • Is igitur populus & chriſtianus eſt : dogmaq; fidei diligenter præter omnis quos ſciamus obſeruant : ſubditi regi Perſarũ ſunt • Hos Cabades ad fidem deſerendam compellere conatus Regi eorum Gurgeni cum alia mandauit: ex ſuorum fieri conſuetudine : tum ut mortuos terræ minime conderent : ſed auibus canibuſq; Perſarum more proiicerent• Quapropter Gurgenes ad Iuſtinum Imperatorem confugit eius implorando fidem ne Iberos a Perſis Romæi iri perditum ſinant • Ille uero alacriter re ſuſcepta Probum Anaſtaſii principis ſororis filium uirum Patritium ad Boſphorum miſit ut Vnnorum exercitum ad præſtanda auxilia Iberis induceret • Eſt enim Boſphorus ciuitas marittima ſiniſtrorſus euxinum pontum nauiganti• Hinc Cherſonniteſus iter dierum Viginti diſtans in quorũ medio Vnni cuncta poſſident • Boſphoritæ autem iamdudum liberi incolunt ac Iuſtino nuper ſeſe promiſere• Poſtq̃ uero Probus inde ſine effectu diſceſſit Petrũ ducẽ cũ Vnnis quibuſdam ad Lazorum regem miſit Gurgeni cũ oĩbus uiribus auxilia ferentẽ• Interea Cabades magnũ exercitum cõtra Gurgenem & Iberos mittit cum duce uiro Perſa qui magiſtratũ Varizis obtinebat celebri fama• At Gurgenes ꝙ inferior uiribus impetũ Perſarum non ferre uideret, nec ſatis ei auxilia eſſent cum Iberorum primariis oĩbus in Lazorum fines cõfugit, uxorem filios fratreſq; ſecũ ducens: quorum Peranius natu maior erat ibi inter locorum ꝑrupta ac inad

Sidenotes: De Iberis• — Gurgeneſ rex — Varizes magiſtratus•

ceſſa inimicos munitus exportabat: at Perſæ inſecuti: ac iniquitate locorum proibiti nihil penitus dignum geſſere. Deinde Iberi: ſimul & Petrus redire iuſſus Byzantium uenerunt. Imperator autem infuturum Lazis ſuam regionem cuſtodire nolentibus præſidiũ cum duce miſit. Sunt auté inter eos arces duæ potiſſimæ ſtatim ex Iberiæ finibus exeunti quarũ cuſtodiæ ipſi ab initio præerant coloni: quanq̃ in magna ſunt uictus anguſtia ꝗ neq; uinum neq; boni aliquid hic neq; naſcitur neue aliunde importatur: ob locorum aſperitatem: Elymorum tantum quorundam cõuerſationem habent. In has igitur arces Imperator Romæos milites miſit: quibus Lazi ab initio uix neceſſaria miniſtrabant: poſtremo penitus negauerũt: ex quo Romæi eas deſeruerunt: quas Perſæ deinde nullo negotio receperunt. Et hæc quidem in Lazis ſic geſta ſunt. Romæi auté Sitta & Beliſario ducibus in Perſarmeniam Perſis ſubditam incurrentes regionem omnem populati ſunt: Armeniiſq; multis captis domum reuerterũt. Hi namq; uiri admodum iuuenes tunc primũ pubeſcentes Iuſtiniani ducis qui poſtea Imperio ſucceſſit equites fuere. Altera item a Romæis irruptione in Armeniã facta Narſes & Aratius ex improuiſo occurrentes ad manus uenere: qui non multo poſt ad Romæos confugerũt & cum Beliſario in Italia militauere: ac cum Sittæ & Beliſarii exercitu coniuncti egregiam operam nauarũt. Alius item Romæorũ exercitus: cui Libellarius thrax præerat in urbem Niſibim irruptionem fecit qui fugientes quanq̃ nullo perſequente recta ſe domũ recepit quamobrem Libellario de magiſtratu deiecto Beliſarius apud Darã exercitui præficitur: cui Procopius huius auctor hiſtoriæ conſiliarius eſt additus Nec multo poſt Iuſtinus decedens Iuſtinianum ſororis filium Imperatoré conſtituit. Is ante omnia Beliſario præcepit ut arcem apud Minduũ qui locus in finibus Perſarũ eſt ſiniſtrorſus euntibus Niſibim. Ille uero omni ſtudio ac diligentia mãdata exequẽs turrim inexpugnabilẽ multis adibitis fabris cõſtituit. Perſę uero ædificiũ ulterius ꝓſequi interdixere nõ ſolum uerbis ſed reædificãtibus minitãtes breuiter ſe opam daturos ne cepta ꝓſequãtur. Hæc ubi Impator audiuit: (neq; enĩ Beliſarius ſuis copiis Perſas inde amouere potuit) eo Cuzen & Buzen qui apud libanũ exercitibus pręerant cum exercitu ire iuſſit. Hi enim fratres e Thracia uenerunt ambo iuuenes nec imbelles quum inimicis congrederetur. Vtrimq; igitur hoſtes armati circa ædificium conſiſtentes hi proibentes illi ui ædificantes ad manus uenerũt Romæi ſuperati plures cecidere partim etiã capti: inter quos Cuzes fuit: quos ois perſę uinctos domũ ducẽtes in ſpelũcas toto æuo cõiecerunt:

Elymi

Sitta. Perſarmenia
Beliſarius.

Narſes.
Aratius.

Libellarius.

PROCOPIVS.
Iuſtinianus ſuccedit Iuſtino.
Minduu

Cuzes
Buzes

ædificium nullo cuſtodiente ſolo æquauerũt• Deinde Iuſtinianus Beliſariũ
ducem in oriente conſtitnens ulterius cũ exercitu progredi iuſſit • Is igitur
delectu plurimoꝝ habito Darã peruenit: cui eſt additus Hermogenes dux
alius ab Imperatore miſſus • Is enim dignitate Magiſter erat ac Vitaliano
duci Paredrus quando Anaſtaſio principi inimicus fuit• Inſuper Rufinus
legatus e Conſtãtinopoli uenit iuſſus Hierapoli apud Euphratẽ ſe contine
re donec quid agendũ certior ab Impatore fieret• Sermones multi utrimq;
de pace ferebantur: quũ ſubito quidam Beliſario & Hermogeni nuntiant
ut iam parari hoſtes ad inuadendã Romæorũ regionem ac Daras euerſuri
omni conatu putarentur• Illi hæc audientes ad præliũ hoc modo adcinxe-
runt • Non procul a porta quæ ante Niſibim urbem conſiſtit q̄tum iactus
eſt lapidis foſſam conſtituerunt plures habentem exitus nec ea in rectũ de
ducta ſed hoc modo circa mediũ breuis quædã erat rectitudo: utrimq; uero
cornua recta duo: in quoꝝ finibus rurſus foſſæ item duæ rectæ perductæ•
Perſæ igitur nõ multopoſt cũ magno exercitu ſuperuenere apudq; Ammo
dium locum a Dara ſtadiis•xx• diſtantem caſtrametati ſunt: quibus duces
cum alii tum Pityazes Bareſmanas altero captus oculo: omnibus uero præ
Mirrhanes• erat Perozas uir perſa magiſtratu Mirrhanes: qui ad Beliſarium ſtatim mi
ſit nuntiatum uti balneũ ſibi præpararet in quo ſequente die lauare decre
uerat • Quamobrem Romæi ſeſe omnibus uiribus ad præliũ parant tanq̃
die ſequenti congreſſuri• Mane autẽ oriente iam ſole ubi hoſtem appropin
quare conſpexere ſic aciem inſtruxerunt: ſiniſtræ partis ualle extrema quæ
infra rectũ cornu eſt uſq; ad tumulũ in hac parte iminentem Buzes cũ mul
tis equitibus & Pharas Erulus cum ſui generis trecentis tenebãt• In dextra
autem ipſoꝝ extra uallum ſecundũ angulum quem cornu rectum facit Su
nicas & Aigar Maſſageta erant cum equitibus ſecentis ut ſi hi qui cum Bu
ze & Phara erant forte fugerent ipſi ex obliquo celeriter inſequẽtes hoſtes
inuaderent• Reliqui uero equites ac pedites per uallum diſpoſiti erãt: poſt
quos Beliſarius & Hermogenes cum ſuis in medio conſtitere• Sic itaq; Ro
mæi numero Vigintiquinq; millia inſtructi fuerunt• Perſarum uero exerci
tus equitum peditũq; numero Quadraginta millia ordine omnes in fronte
conſtiterunt unam ingentem conſtituentes phalangẽ: aliquandiu utrimq;
parati: neutri tamen pugnam cepere• Perſæ ordinem quidem admirati Ro
mæorum ſimiles actonitis uidebantur• Sic ad meridiem res protacta: tunc
pars equitum Romæoꝝ qui dextrum cornu tenebant ad eos qui in altero
cornu Buze & Phara erant iniuſſi procurrũt: ſtatimq; in eundẽ redeunt lo-

tum Perſæ circunuentionē aliquā ex hoſtibus timentes minime ſe loco mouerunt• Poſt hec Romæi in eos incurrunt• Illi uero minime impetum expectantes retro ad Phalangem ſe receperunt• Septem ex eis deſideratis quorũ corpora Romæi ceperunt• In reliquũ uero quieſcentes utriq; in ordine conſiſtebant• Quidam uero Perſa admodũ iuuenis adequitans in Romæos ad certamen eos ſingulare ſi quis cuperet ꝓuocabat: nullus autē inuentus qui concurrere ſit auſus præter Andream Byzantiũ quendam qui inter Buzæ domeſticos non miles quidem neq; alis in bello exercitatus: ſed Pedotriba ideſt Gymnaſii magiſter Byzantii erat Tunc uero exercitum ſecutus Buze corpus ad balnea curabat• Is tantum auſus nullo neq; domino iubente ſed ſponte ad ſingulare cum eo certamen deſcendere• Bettharum igitur meditantem unde aut quomodo aggrederetur ipſe fremēs haſtam in mãma dextra ferit• Ille autem grauis ictus impetum minime ſuſtinens ex equo ad terram cecidit: quem Andreas gladio quodam breui ſupinum uelut hoſtiam mactauit• Hinc clamor ingens e Romæorum caſtris exoritur• Perſæ uero meſti ex euentu rei alterum ad idem offitium Equitem ſuſtituere: fortitudine quidem ac corporis proceritate præſtantem: non iuuenem quidem ſed iam parte capitis caneſcentem• Is in hoſtes adequitans ac flagellũ quo equum impellebat ſublatum quatiens ad certamen aliquem uolentem inuitabat• Nullo item exeunte idem Andreas clam omnibus quamuis ab Hermogene prohibitus in medium progreſſus eſt• Ambo igitur haſtis inter ſe magno concurrentes animo ſimul thorace percutiuntur adeo uehementer ut equi una frontibus conuerberati ceciderint: ac Equites ſolo excuſſerint• Illi uero cadentes exurgere certatim conabantur: ſed Perſa hoc agere facile ob corporis ingentis grauitatem non ualuit• Andreas præueniens (hoc enim ei paleſtræ exercitatio dederat) illum exurgere nitentem rurſus in terram genu præſſum interfecit• Clamor igitur iterum ex Romæis magis q̄ prius longe auditur• Quamobrem Perſæ ſoluta Phalange: Ammodium reuerterunt• Romæi uero intra Daram apud quam Prœlium hoc fuit ſe receperunt• Iamq; tenebris ſuperuenientibus ſic uterq; hoſtis noctem tranſegit• Subſequente uero die Perſis ex Niſibi ciuitate Mille milites ſupplemento uenerunt• ❡Beliſarius autem & Hermogenes ad Mirrhanem Perſarum ducem hoc ſcripſere• Primum quidem bonum eſſe pacem apud omnis homines in confeſſo eſt quibus paululũ rationis exiſtit: ſi quis autē ipſam turbare ſit inuentus: malorũ cauſa ſibi ac proximis fuerit• Dux optimus ille ꝑfecto putãdus qui ex bello pacem diſponere

Singulare certamen• — *Pedotriba•* — *Ammodiũ urbs•* — *Epiſtola Beliſarii ad hoſtes*

ſit aptus: tu uero rebus in quiete conſtitutis ac utroq; rege concordiã exop
tante bellum abſq; ulla cauſa omnino inferre decreuiſti• Aderunt & Legati
noſtri prope diem: qui ſi qua inter nos diſſident facile conciliabũt niſi forte
ex hac interim tua expeditione graue aliquid oriatur quod ſpem pacis no-
bis eripiat • Sed age iſtum celeriter domũ reducito exercitũ ne maximis im
pedimento ſis bonis: neu tuis ut par eſt grauium euentorum cauſa feraris•

Reſponſio• Has ubi Mirrhanes litteras legit ſic reſpõdit• ¶ Tuis litteris permotus pro-
fecto abtemperaſſem niſi Romæoꝝ epiſtola fuiſſet: quibus ꝓmittere prom
ptum eſt: promiſſis autẽ quanq̃ iuramento firmatis minime ſtare• Nos igi-
tur ueſtræ occurrentes fallaciæ ad arma cogimur uenire• Vos ergo cari Ro
mæi nihil in futurũ aliud excogitate q̃ uobis perpetuo cũ Perſis bellandum
In hoc enim nos & cõſeneſcere & mori ſimul oportet donec re tantũ nõ uer
bis in nos æqui fueritis• ¶ Rurſus autẽ hi qui cum Beliſario erãt ſic reſcrip
ſere• Non in omnes optime Mirrhane iactantia uti oportet: neq; proximos
probris nullo modo ad rem pertinẽtibus ſemper inceſſere: præſertim quũ
Rufinum de concordia legatũ iamiam adfuturũ aſſeueremus: tuq; breui-
ter uidebis • Vobis nihilominus ſi hoſtilia tandem cupitis occurremus au-
ctore deo quem nobis in periculo propiriũ futurum ac Romæorũ quieti fa
uentem: Iactantiæ deniq; Perſarum aduerſum ſperamus• Et quando nobis
ad pacem prouocãtibus reſtitiſtis acie decernere parati ſumus Iuſiurandũ
ac conſcripta fœdera uiolata in ſummis ſignis ad prœlium ſuſpendentes•
¶ Mirrhanes uero rurſus ſic reſpondit: Neq; nos abſq; diis noſtris in bellũ
deſcendimus: quin ducibus ipſis comitati contra uos uenimus: quos ſpero
cras in urbem Daram Perſas introducturos: ubi & balneum & prandium
fac mihi intra menia pares• His igitur lectis qui cum Beliſario erãt ad pug-
nam ſe adcingebant • Sequente die Mirrhanes Perſas omnis circa ſolis ex-

Contio Mirrhanis• ortum conuocans hæc ait• ¶ Non ignoramus profecto ꝙ non ducũ ſermo
ne ſed uirtute propria & uerecundia apud alios Perſæ in periculis audentio
res eſſe ſolent • Video namq; uos cogitantes cur Romæi ſemper in hoſtes
cum tumultu & horrore incurrere conſueti in ultimo prœlio ſeſe loco mini
me mouẽtes nulloq; ordine Perſas irruentes expectauerint• Neq; falſa opi
nione ducamini• Non enim putate illos ad bellũ magis aptos exiſtere neq;
artis aut experiẽtiæ plus habere ſed longe timidiores q̃ prius factos: qui ſic
Perſas formidant ut nuper extra uallum in acie conſiſtere nõ auderent uel
nobis pugnam irritantibus• Sed quoniã ad manus cum ipſis non uenimus
ſpe melius res eis ceſſiſſe putantes intra menia ſe receperũt: quapropter nõ

dum in belli periculũ uenientibus nulla potuit adcidere turbatio: ſi autem ad manus uenrũ fuerit anxietate metuq; capti in cõfuſionem ut par eſt cõſuetam facile cedendo inciderint. Et hec quidem quo ad inimicos: Vos aũt uiri Perſæ nunc regis ueſtri iudicium ante oculos habete. Si enim nos minime pares patriæ uirtuti in preſenti pugna preſtabimus ignominiam nõ gloriam nobis paratam exiſtimate. Sic demũ Mirrhanes ſuos adortans in aciẽ eduxit. ¶ Beliſarius autẽ & Hermogenes ꝑ menibus amotos aduocantes Romæos hec monẽt. Quod nõ ſint omnino inſuperabiles Perſæ in pugna ſuperiore uel ſtantes didiciſtis: quumq; uirtute & robore facile ſupati in uno tantũ uos inferiores fuiſſe omnes fatebuntur dicto ueſtris ducibus minime audiendo. Quod breui admodũ labore emendare licebit: Fortuna enim aduerſa nullo ſtudio corrigi poteſt malis autem ex culpa prouenientibus uoluntas facile medetur. Itaq; ſi uobis uolentibus decretũ fuerit Impatis obtemparare bello robur adicietis: hoſtes enim qui noſtræ tantũ externæ inordinationi confiſi contra nos ueniunt ubi ſe ſpe fruſtratos eſſe ſenſerint facile pugnã detractabunt. Multitudo uero qua ſe illi timeri putant omnino uobis deſpicienda. Nam pedeſtres eoꝝ copiæ nihil aliud q̃ ruſtici miſeri exiſtunt qui ad bellũ haud alia de cauſa ueniũt q̃ aut ualli faciendi ac cadauera ſpoliandi ſeu reliquis in rebus inutilibus miniſtrandi. Ideo arma quidem quibus nocere poſſint minime habent: tantũ ſcuta eouſq; preſeferunt quatenus ab hoſte minime feriantur. Igitur ſi uiri fortes in hoc periculo fueritis nõ ſolum Perſas hodie ſupabitis ſed audentes in futurũ Romæos inuadere fines facile reprimetis. His Beliſarius & Hermogenes dictis ubi Perſas contra uenientes conſpexerunt exercitũ ut in prima pugna celeriter ordinauerũt. At contra barbari a fronte conſtitere: nec omnes quidem ſed eorum dimidium: reliquos Mirrhanes retro manere iuſſit qui expugnato forte recipientes feſſis recentes ſuccedere deberent. Solam autẽ Turmam immortalium appellatam quieſcere donec ipſe ſignificaret iuſſit. Ipſe uero in fronte media conſiſtens Pityazes in dextro Bareſmanas in ſiniſtro cornu conſtitere: Ad hunc igitur modũ utriq; ordinati fuere Aigas autem Beliſario & Hermogeni ait nihil mihi uideor hic cum Erulis inimicos preſtulando magnũ aliquid facturum. Si autem latitãtes in deſcenſu hoc: deinde poſtq̃ in pugna erunt Perſæ per hunc collem aſcenderimus: & ex improuiſo atergo ſuperuenientes feriamus maximo eos incomodo adficiemus: quam ſententiam Beliſarius ꝙ his qui cum eo erant placeret facile eſt executus. Pugnam igitur uſq; ad mediam diem neutri ceptabant: qua

Turma immortalium

Romæi ante meridiem ci' bum capiunt

hora preterita ſtatim barbari operi incubuere q̃ illi in meridie cibũ capere conſueuerint. Romæi uero ante:exquo nunq̃ æque putant ipſos in pugna ualere. Primo igitur ſagiptis inter ſe utrinq; petuntur quæ nubem interdũ multitudine facere uidebantur. Ex utriſq; multi cecidere a Barbaris tamen longe frequentura ueniebant. Nec ut Romæi incõmodum ſentiebant uen tus enim inde in Barbaros ruens ipſorũ ſagiptas uim habere non ſinebat. Iamq; miſſilibus utrimq; deficientibus haſtis uti ceperunt & ex manu pu' gnam cõmittere. Siniſtrum Romæorum cornu maxime laborabat. Cadiſeni enim in hac parte cũ Pityaze magno clamore pugnantes hoſtes in fugam uertunt:fugienteſq; plures in ſectando interfecerunt. Quod animaduerten tes qui cum Sunica & Aiga erant celeri curſu ad eos contendũt. Primi itaq; trecenti ſimul cum Phara Eruli ex loco ſublimi a tergo inimicorum exiſten' tes miram operam contra Cadiſenos oſtenderunt: qui poſtq̃ eos qui cum Sunica ex aduerſo adſcendentes cõtra ſe uiderunt in fugam uertuntur. Fa cta autem clara hoſtium cõuerſione ubi ſe inuicem cõmiſcuerũt Barbarorum magna cedes conſequitur:quorum in dextro cornu non minuſq̃ triamilia ceci derunt: reliqui uero ad phalangem uix ſe recipientes ſeruati ſunt Romæi autem non ulterius inſecuti:ſed utrimq; in acie parati aduerſus conſtitere. Hec itaq; ſic feruntur. Mirrhanes autem cum alios multos tum immorta' les appellatos omnis in partẽ ſiniſtram clam miſit:quos Beliſarius ac Her' mogenes conſpicientes Secentos qui cum Sunica & Aiga erãt in cornu dex trum ire multoſq; qui retro ſequebantur ſiſtere iuſſerunt. Perſæ igitur qui cornu ſiniſtrum tenebant Bareſmana duce cũ immortalibus in Romæos ex aduerſo conſiſtentes curſu contendunt. Illi uero impetum minime ſuſti nentes in fugam uertuntur: tunc uero Romæi & quicunq; poſt eos erant multo ſtudio in perſequentes a tergo irruũt: corũq; exercitum in duas par tes diſtraxerunt priores quidem Romæos dextrorſas habuere: quoſdam etiam relictos ſiniſtrorſus conſtituere. Inter ſocios autem Bareſmanæ ſigni fer erat quem Sunicas incurrẽs haſta percuſſit. Iamq; Perſæ imprimis per' ſequentes ut ſupra narratur in quo eſſent periculo ſentientes: terga relictis precedentibus in ſequentes uertunt/atq; in hoſtium medio clauduntur. Pri mi item fugientes ubi facta animaduertunt rurſus contra uertuntur. Alii igitur Perſæ ac turma immortaliũ inclinatum uidentes uexillum & in ter' ra procũbens in Romæos qui ibi aderãt cũ Bareſmana impetũ faciũt. Illi uero occurrũt ac primũ Sunicas Bareſmanã interficit ex eo quoq; in terrã deicit. Barbari uero tũc in maximũ madẽtes motũ roboris priſtinæq; uirtu

tis obliti:ualdeq; turbati ſtatim fugiũt quoſ Romæi inſequẽtes ad quinq; mi
lia interfecere: Sic caſtra utrimq; cõmota Perſarũ qdem in fugiendo: Ro-
mæorũ in perſequendo•In hoc tumultu omnes hoſtiũ pedites proiectis ſcu-
tis nullo ordine capti ac interfecti ſunt: quãq̃ hec Romæorũ pſecutio parũ
durauit Beliſario ſimul & Hermogene proibẽtibus: metu ne aliqua Perſæ
neceſſitate reuertentes rurſus eos nulla ratione pſequentes cõuerterent:quũ
ſatis eis uiſum uictoriã purã atq; incruentã ſeruare• Sic qdẽ inter ſe utrinq;
diuiſi pugnã longo poſt tpe finiuere • Perſæ deinde nõ amplius ex inproui
ſo Romæos petere decreuerũt: quãq̃ excurſiões ab utriſq; poſtea breues fa
ctæ in qbus ſemp Romæi nõ inferiores fuere • Hũc itaq; finẽ expeditio in
Meſopotamia habuit•Cabades aũt aliũ exercitũ in Armeniã Romæis ſub
ditam ex Perſarmeniis & Sunitis erãt qui Alanis uicini ſunt miſit cũ qbus
& Vnnorũ qui Iſadeni uocantur tria milia fuere indomitũ ſane genus qui- Vnni Iſadeni
bus omnibus Mermeroes uir Perſa ꝑerat: qui poſtq̃ a Theodoſia urbe iter Mermeroes
triũ dierũ diſtãtes fuere caſtra in Perſarmeniorũ regiõe poſuere: ad pugnã dux•
ſeſe adcingentes•Erat enim Armeniæ prætor Dorotheus uir prudens tũ in
belli piculis exercitatus•Sittas qdem qui Pretor Byzantii fuit cuncto in Ar
meniis exercitui præfuit:hi exercitũ hoſtiũ in Perſarmeniis eſſe audientes
equites haſtatos duos hoſtiũ uires exploratũ miſere: q in caſtra inimicorũ
adeuntes omniaq; diligentius cõtemplantes diſcedũt: ac in itinere Vnnis
inimicis ex improuiſo occurrũt:a qbus alter qdem Dagaris noie uiuus capi
tur:alter uero fugiens ducibus rem omnẽ narrauit qui exercitũ totũ ꝑtin9
armãtes caſtra inimicorũ adoriuntur•Barbari uero ſubita re ꝑterrefacti mi-
nime reſiſtere ualẽtes in fugã ſe uertũt qua quiſq; poterat•Hic Romæi plu
ribus interfectis ac caſtris direptis in ſua ſe receperũt• Mermeroes aũt cun
ctum cogens exercitũ haud multo poſt in Romæorũ fines ingreſſus hoſti-
bus ad Satalam urbẽ in planitie ſitã occurrit•Inde apud lacũ Octoben a ci Satala ciuitaſ
uitate ſtadiis•lvi•diſtãtẽ caſtra poſuit•Sittas igiť mille ſecũ adſumens poſt Octobe
quendã collẽ latitauit:ac Dorotheũ cũ multo exercitu intra menia manere
iuſſit qm̃ hoſtes in plano ſuſtinere poſſe minime putabãt:nõ min9 triginta
milib9 exiſtẽtes•Ipi uix ad medietatẽ redacti•Sequẽte die Barbari ꝓpe mu
ros cõſiſtẽtes corona eos aggredi conanť:ſubitoq; adſpiciẽtes eos q cũ Sitta
erãt e loco ſublimi ad ipos deſcẽdẽtes:quorũ numerũ nõ facile deprẽdere ua
luere ut in eſtatis tpe puluere ingenti excitato multo plures eſſe putabãt/ac
celeriter ad expugnationẽ feſtinãtes in breuẽ cumulũ ſeſe coegerũt• Romę
orũ aũt ps ꝑueniẽs urbẽ in occurſũ egrediť:qđ poſtq̃ reliquus exercit9 con-

ſpexit ſpiritus adſumentes curſū e menibus deſiliendo in hoſtes incurrunt Ac eos in medio cōſtitutos in fugā cōuertunt:& quoniā uti ſupra narratur multitudine barbari ſupabāt reſiſtere:pugnaq; atrox cōmittit̄ manu cōſerta:mutuæq; inuicē ac breues cōuerſiones & pſecutiōes utrimq; fiūt quoniā omnes erāt equites • Hic Florentius Thrax qui equitibus ꝑerat in medios irruens hoſtes:ipaq; ꝑtoria ſigna rapiens ac in terrā inclinata ſecū retrodux it:ipeq; poſtremo captus ac ibidē trucidatus cecidit•uictorie Romæis cauſa fuit quoniā ſigna barbari in tumultu nō uidebant ac in terrorē incidentes maximū in caſtraq; reuertentes quieuerunt ex eis multis in prœlio interfe ctis•Poſtera die domū omnes reuerterūt nullo eos cōſequente qm̄ magnū quidē & memorandū Romæoꝝ exercitui eſſe uidebat̄ tot Barbaros in ſuā regione illa que mihi pauloſupra narrant̄ paſſos fuiſſe & in hoſtilē ingreſ ſos ſine effectu ac ab inferioribus ſupatos diſceſſiſſe• Tūc etiā Perſarū loca

Bolum — in Perſarmeniis Romæi receperūt arcemq; Bolum ac Phalangiū uocatum

Phalangium — unde aurū Perſæ fodiūt regiq; ferūt•Pauloante Zanicam quoq; euerterūt gentē qui in terra Romæoꝝ liberi iam dudū agunt quēadmodū nūc dicā•

Taurus mōs — Ex Armeniæ locis in Perſarmeniā eunti dextrorſus qdē Taurus eſt mons ad Iberiam & circa ea ſpectās ſicuti pauloante mihi dicit̄• Siniſtrorſus aūt preceps plerūq; pandit̄ uia/monteſq; altiſſimi ac ꝑrupti nebulis ſimulq; niuibus ꝑpetuo rigentes•Hinc exiens fluuius Phaſis in terrā fertur Colchoꝝ

Zani ubi Colchi• — hic ab initio Barbari Zani nulli ſeruientes habitauere:Suni antiquitus uo

Suni — cati latrociniis in uicinos utentes Romanos uſq; ad mare: breuiq; facto ex curſu domū ſe receperūt ac in exercitū Romæoꝝ forte incidētes ꝑlio uicti ſunt:capi tñ difficiles ob locoꝝ iniqtatē fuere•In pugna igit̄ quodā eos Sittas aū hoc bellū uincens humaniter multa in ipos dicēs ac faciēs cōciliare conatus eſt / uictūq; eoꝝ durū in noſtratiū modū transferēs in catalogo militū Romæoꝝ adſcripſit ex quo in reliquū tēpus una cū alio noſtro exercitu cōtra hoſtes exeūt•Preterea de religiōe recte ſentiūt omneſq; xp̄iani ſunt Et hec quidē de Zanis ſic ſe hñt•Pretereunti aūt ipoꝝ fines uallis apparet profunda ualdeq; ꝑceps ad montes caucaſeos ptinens triū dierū iter ꝑtogata tributaria omnis•Hic oppida ſunt frequētatiſſima uuaq; & aliis fructib9 referta•Inde uero Perſarmenioꝝ fines incipiūt ubi auri metallū eſt qđ Cabade cōcedēte qdā loci indigena Symeoneſ noie curabat q poſtq̄ Lazos & Romeos in bello potētiores uidit Cabadē pecuniaꝝ redditu priuauit•Ideo & ipm ſimul cū Pharangio Romēis tradēs petiit ut ipi remotis aliis rē curarēt•At ills nihil de metallo curātib9 tñ ſatis uiſū hoſtes hoc uectigal ami

ſiſſe•Perſæ autem nequeunt inuitis Romæis hic colonos ob locoꝝ iniquita
tem aliquo modo uiolare•Sub idem tempus Narſes & Aratius fratres Per- Narſes tranſ
ſarmenii genere:qui cum Beliſario & Sitta in Perſarmeniis ab initio huius fuga•
belli ad manus uenerunt ſicuti ſupra mihi narratur una cum matre ad Ro Aratius
mæos tranſſugerunt quoꝝ Narſes Quæſtor etiam ab Imperatore factus Iſaces
ſuas etiam gẽtes pecunia corrupit•Qđ poſtq̄ Iſaces eoꝝ minor frater nouit
cum Romæis clam in ſermonẽ ueniens Bolum ipſis arcem proximã Theo
doſiæ ciuitatis finibus tradidit•milites enim ꝓpe aliquo in loco latitari pre
cepit:quos in arcem nocte recepit unam clam ipſis reclinans paruã portam
ipſe poſtremo Bizantiũ uenit• Sic igitur res Romæoꝝ tunc habuere•Per-
ſæ uero apud Daram a Beliſario prœlio uicti nõ tamẽ inde diſcedere decre-
uere donec Rufinus in conſpectu Cabadis ueniens hec ait•¶Tuus me fra
ter o Rex iure conqueſtũ ad te miſit ꝙ Perſæ nulla laceſſiti iniuria in ipius
regionem cum armis uenere quũ preſertim potentiſſimi regis ac longe pru
dentiſſimi ſit ex bello magis pacem q̄ ex rebus quietis tumultũ nihil ſibi ac
proximis pro futurũ excitare•Ex quo ego bona ſpe ductus ueni ut te ſemel
admonito in futurum inter utroſq; pacis fructus eueniat• Et hec quidẽ Ru
finus•Cabades uero ſic reſpondit•¶Cari Romæi nullatenus ego belli cau-
ſas nectere conor quum maxime omnis ſciant huius omnes tumultus uos
potiſſime cauſam eſſe • Portas enim caſpias nos habemus inde olim a me
Barbaris ob Perſaꝝ ac Romæoꝝ cõmunem utilitatem expulſis qm̄ Anaſta
ſius Imperator ſicuti & tu noſti oblatas ei pecunia mercari noluit ꝙ exora-
tum hic ad preſidium continuo neceſſarium nõ hn̄s magnã pecuniæ uim
erogare ꝓ utriſq; cogeret • Ex illo hic ego magnas copias cõtinuo nutriui
non minus uobis q̄ mihi metuens:ut cũ otio multo ueſtros fines tutos ab
hoc hominũ genere poſſideretis•Sed nec ſatis hoc Ciuitatem inſuper mag
nam Daram munimentũ cõtra Perſas feciſtis:quanq̄ in federibus expreſſe
cautum que Anaſtaſius ad nos tulit•& ex illo duoꝝ exercituũ neceſſitate la
boribus quoq; & expenſis res Perſarum exagitaſtis • Altero quidem ut ne
Maſſagetæ amboꝝ noſtrũ regiones populari ualeãt : altero uero ut ueſtras
incurſiones reprimi liceat•Super quibus nos conquerentes e duobus alteꝝ
a uobis fieri poſtulamus:uel ex utriſq; ad portas caſpias exercitũ mitti uel
Daram diruere • Nec obliti ſumus ueſtri ad Mirduũ ædificii ad inſidias
noſtras ſpectantis•Romæis enim dicta probe pro pace fuere:electa uero ar
ma:ac iuſta nobis ꝓponentes:ipſimet aduerſus eadem euntes•Igitur Perſæ

omnino arma poſituri nõ ſũt niſi Romæi poctas recte ac ordine cuſtodiãt:
uel urbem Daram euertant• His Cabades dictis legatum ab ſe miſit: ma
nifeſtans quemadmodum a Romæis pecuniam accipere potuerit ſi belli
cauſas abolere uoluiſſet: quæ omnia Rufinus Bizantium perueniens Im∕
peratori retulit: quo non multo poſt & Hermogenes uenit• Hiems interea
deſinit ſimul & quartus Iuſtiniani Imperii annus • Veris autem initio ex
ercitus Perſarum Ezaretha duce in Romæoꝝ regionem cũ equitibus•xv•

Alamandar9 Saracenus

millibus incurrit: cum quibus & Alamandarus Saracenus cũ magna Sa∕
racenoꝝ manu aderat non quidem in Meſopotamiam uti prius conſueue∕

Comagene nũc Euphra∕tiſia

re ſed in Comagenem olim appellatã nunc Euphratiſiam • Cur igitur ſit
Meſopotamia uocata & quam ob rem Perſæ ab ea nunc abſtinuerint refe
ram• Mons nõ ualde præruptus in Armeniis eſt a Theodoſia ciuitate•xlii•
ſtadiis diſtans ad Boream pertinens: unde duo exeunt fontes totidem flu∕
mina conſtituentes Euphtatem dextrorſus Tigrim uero ſiniſtrorſus• Hoꝝ

Tigris Euphrates

alter Tigris neq; circuitionibus ullis utens neq; aliis extrinſecus flumini∕
bus receptis niſi prius recta ad urbem Amidam deſcendat rurſuſq; in Bore
am procedens in Aſſyrioꝝ regionem procurrit• Euphrates autem fertur ab
initio in quendam pronum locum longeq; procedens poſtea latitat non q;
ſub terram ingrediatur; ſed mira quadam cauſa• Super enim aqua limus
fit altus longitudine ſtadiis•l•latitudine•xx•adeoq; dureſcit ut tangentibus
nihil aliud q̃ continens eſſe uideatur ſuper quo & pedites & equites ſecure
contigit ambulare currus item plures cottidie: ſuper eodem calami quoq;
numeroſi naſcuntur qui ab Acolis ſingulis annis uento ſecũdo flante uſq;
ad radices comburuntur ne uiam p̃tereuntibus impediant: aqua que tunc
in quodã paruo loco appatet breuiter deinde renaſcens terra figurã priſti
nam loco reſtituit• Indeq; fluuius in Edeſenem regionẽ procedit ubi apud

Edeſene regio

Tauros Dianæ templum erat quo Iphigemam Agamẽnonis filiam ſimul
cum Horeſte & Pylade fugiſſe dicunt Dianæ ſtatuam ferentem• Alia autẽ

De Iphigema ac Dianæ Tauricæ plu ribus tẽplis•

templa eiuſdem uſq; meam ætatem uiſuntur diuerſa ab eo quod in Tauris
eſt: ſed quomodo res habeat oſtendam • Poſtq̃ Oreſtes e Tauris una cum
ſorore abiit in ualitudinem incidit ab oraculoq; conſulto reſponſum tulit
non prius morbum deſiturum q̃ templum ſimile apud Tauros relictũ ædi
ficaret• Qua propter Oreſtes locis circa multis obitis in ponto conſtitit: ac

Iris fluuius

montem hic preruptũ inſpiciens ad cuius radices fluuius Iris perfluit hũc
locum ab oraculo ſignificari exiſtimauit; ex quo Ciuitatẽ hic clatiſſimam

una cum Dianæ templo extruxit : quam Comanam ab exciſa in eodem lo
co ſibi Coma appellauit : cuius in hodiernum diem nomen etiam durat•
His ab ſe geſtis quũ morbus ꝑpterea nihil ceſſaret quin potius creſceret
ſenſit non rite ab ſe oraculi mentem cognitam ac rurſus errabundus lo
cum quendam in Cappadocia illi qui eſt in Tauris maxime ſimilem
repperit : quem ego ſepæ adſpiciens magnopere ſum lætatus : ac in Tau
ris eſſe mihi prorſus uidebatur ſic mons iſte : atq; illi ſine ulla arte ſimi
lis eſt : nam & hic Taurus eſt & fluuius Sarus huic Euphrati etiam
perſimilis • Igitur Ciuitatem rurſus nobilem hic Oreſtes condidit : ac
templa Duo alterum Dianæ : alterum uero Iphigeniæ ſorori quæ po-
ſtea Chriſtiani in ſua templa conuerterunt : nihilo ædificiorum peni-
tus immutato • Vocauit & eam Vrbem etiam Comanam ab exciſa rur
ſus Coma ipſius a morbo penitus liberati • Non nulli non alium quam
inſaniæ morbum fuiſſe dicunt qua correptus fuit quum matrem neca
uit • Nunc ad ceptum ſupra ſermonen reuertar • E Tauris igitur Arme-
niorum ac regione Edeſſena Euphrates dextrorſus fluens amnibus in
itinere cum pluribus tum Aceſine admiſcetur : qui ex Perſarmeniis mul
tus labitur • Maior etiã factus in Leucoſyros nunc Armenios minores ap-
pellatos profluit/quorũ Melitene Metropolis eſt urbs quidem digniſſima
Deinde Samoſata : poſtea Hierapolim omniaq; circa loca preterfluit uſq;
ad Aſſyrios ubi ambo ſimul confuſi in unũ Tigridis nomen exeunt• Re-
gio igitur que e Samoſatis extra Euphratem eſt iam dudũ Comagene nũc
autem ex fluuii nomine Euphratiſia uocatã eſt que aũt intra utrunq; fluui
um exiſtit Meſopotamia ex argumento nominis dicit̃ cuius pars nõ ſolum
hac appellatiõe ſed aliis quibuſdã dicit̃ nominibus ut ea que ad Amidam
pertinet Ciuitatem Armenia nonnullis uocitatur• Edeſſa uero cum ipſius
circa locis Oſroine eſt enim Oſroos uiri nomen qui hic regnauit ſupra tem
poribus : qñ Hicoloni Perſis fœderati erant•Perſæ itaq; poſtq̃ ex Romæis
Niſibim & alia Meſopotamiæ loca receperunt : qñ contra eos in bellũ iue
re• Regionẽ qdem extra Euphratem contẽnentes ut aquis & hominibus
deſtitutã in hac Meſopotamia facile cõuenĩetes uelut in regiõe & ꝓpria &
hoſtili ſimul exiſtẽti habitauere Inde excurſiões cõtinuo factitãdo• Qñ aũt
Mirrhanes prœlio apud Daram uictus : ac plures cum alio exercitu in
terfecit ad Perſas demum ſe recepit penas maximas a Cabade ſuſtinuit or
natu imprimis priuatus quo crines redimire ſolebat ex auro & margaritis

Comanæ due Põti & Capadociæ unũ origine habuere

Sarus fluuius

Aceſines flu•

Melitene metropolis minoris Armeniæ

Edeſſa Oſroine

Mos Perſarū laborato qui honor apud Perſas maximus ſecundum regem exiſtit. Nam
apud Perſas neqꝫ aureo anulo neqꝫ zona neqꝫ monili aut aliquo alio inſi-
gni ornamento: niſi ex regis munere ac gratia uti fas eſt. Quum itaqꝫ Mir-
rhani re male geſta Cabades omnino rebus diffiſus cum in magnam ueni-
ret animi anxietatem. Alamundarus Saracenus exſurgens ait. ¶ Nō om-
Alamundari nia mi Rex eſt opere prætium credere fortunis: neqꝫ bella putare cuncta
Saraceni orō. bene ſuccedere quum nihil omnino inter res humanas præterq̄ hominis
propoſitum calamitate careat. Cuncta enim ſibi proſpera futura pollicen-
tes ſpes non ex uoto poſtea ſuccedens magis exulcerat. Qua propter .pru-
dentiores ac euentibus minimū credentes in belli periculo non ex directo
conſiſtunt: quāuis hoſtibus in omni ſint apparatu ſuperiores ſed ſtratage-
matis ac artibus quibuſdam inimicos circumuenire conantur: ꝙ ſi aperte
concurratur nunq̄ certa conſequetur uictoria. Nunc autem non fas in his
que Mirrhanes male geſſit o Rex regū adeo uehementer angi: neqꝫ item
fortunam curſus periclitari. Nam Meſopotamiæ & Oſroinæ regionis tuis
finibus uicinæ Ciuitates munitiſſimæ omnium ſunt & militum multitu-
dine quanta nunq̄ prius nunc refertæ / ut eo nobis uenientibus in tuto co-
natus erit. In regione autem quæ extra Euphratem exiſtit & huic uicina
Syria neqꝫ aliqua nobis munitio neqꝫ exercitus alicuius exiſtimationis eſt.
Hoc enim ſepe a Saracenis audiui qui ad hec loca exploranda miſſi fuere:
Antiochea Hic urbs eſt Antiochea & diuitiis & magnitudine tum hominum frequen
tia inter orientis ciuitates Romæis ſubiectas facile princeps & hec quidem
cuſtodia ac preſidio militum deſtituta eſt: neqꝫ aliud illi populo q̄ feſta
ac delitiæ ſunt curæ & in Theatris continua contentio: exquo ſi aduerſus
eos ex improuiſo proficiſcimur ueriſimile fuerit urbem ſubito opprimere
nullo preſertim hoſtili occupante exercitu. Deinde ſtatim ſe domum cum
uictoria diſſauētibus recipe ac militibus nondū in Meſopotamia ſentienti
bus: quin neqꝫ aquæ neqꝫ alioꝝ neceſſarioꝝ penuria te deterreat. Ego enim
exercitum ducā quocunqꝫ bene eſſe uidebitur. Hec Cabades audiens neqꝫ
contradicere / aut diffidere habuit quum p̄ſertim ea Alamandari pruden-
tia & reꝝ bellicaꝝ experiētia ēet tū exiſtimatiōe apd̄ Perſas eſſet ut ceteros
facile antecelleret. Nā ānis quīquaginta res Romeoꝝ ad genua uenire coe
git. Ex ægypti finib9 incipiēs uſqꝫ in Meſopotamiā loca oīa depopulādo
uaſtauit ædificia cūcta incēdēdo & hoīes ſepe ad decē milia capiēdo quoꝝ
plures nulla de cā interficiebat: reliquos magno redimendos dabat. Inter

hec nullus hoſtium ei occurrit/neqꝫ enim in explorato unq̄ in predam exiit
ſed ſic ſubito & adpoſite ut nunq̄ uacuus redierit • Duces autem ac milites
quum per cunctatiōe euenta accepiſſent cōtra illum cōuenere ſiqua in par
te eum deprendere potuiſſent uerum imparatos ac ſine ordine procedentes
hic Barbarus inuadens in fugam cōuertit partimqꝫ nullo labore interfecit/
quum & milites quandoqꝫ omnis cum ipſis ducibus cepit : Demonſtratus
erat Rufini frater & Ioannes Lucæ filius quos uictos poſtremo reddidit:
diuitias eoꝝ immodicas adſecutus•Deniqꝫ difficile auicta narrare que hic
geſſit Romæis maxime omniū infeſtus• Quas ob res regiā ſolus optinēs di
gnitatē Saracenis inter Perſas dominarꝰ eſt/ac cum toto exercitu quocūqꝫ
uellet in Romæoꝝ regionem irruptionem facere•Nullus autem neqꝫ Ro-
mæoꝝ militum caput quos Duces uocant neqꝫ Saracenoꝝ Romæis fœde- Duces
raroꝝ ductor q Chiliarchi dicūtur cū ſuis comitibus Alamandaro cōcurre
re idoneus eſt uiſus•In qualibet enim regione inimicis cōgrediebatur• Hu
ius igitur metu Iuſtinianus Imperator tribubus Aretham Gabalæ filium
prefecit qui in Arabia Saracenis impabat regia eum dignitate exornans
quod ſane factum nunq̄ prius inter Romæos uiſum•Alamandarus autem
nihilominus ſi non magis res Romæoꝝ proſtrauit: & ipſum Aretham in
omni certamine ſuperauit • Quam ob rem perterritis omnibus ac nemine
iam reſiſtente omnem iam longo tempore orientem depopulatur:quum &
diu ſine arte uixerit • Huius tandem tunc uiri monitionibus gauiſus Caba
des delectum uiroꝝ • xv • millium egit : quibus Ezaretham uirum Perſam
prefecit longo bello exercitarum hoſqꝫ ab Alamundaro in itinere duci iuſſit
qui Euphratē traicientes in Aſſiriis terram quandam hominibus deſertam
ex improuiſo in Comagenoꝝ regione inuaſere (nam ſemper prima Perſaꝝ
in regionem Romæoꝝ incurſio ſolet eſſe quantum auditu aut alio modo
deprendimꝰ)ac omnis re ſubita pterruere• Que ubi Beliſarius accepit pri-
mū qdē heſitauit deinde ferre auxiliū decreuit : ac idoneo p̄ſidio in ciuitate
qualibet conſtituto ne Cabades aut alius hoſtium exercitus in cuſtodita
Meſopotaniæ loca reperiret•Ipſe uero occurrēs/ac Euphratem ſtudio mul
to traiciens cum alio exercitu procedebat qui ad equitum peditumqꝫ • xv•
milia conuenit: quorum Iſauri duo milia fuere • Equitibus hi preerant
qui prius apud Daram contra Mirrhanem & Perſas prœlium inſtituerāt:
peditibus uero quidam Petrus ex Doriphori Iuſtiniani Imperatoris : Iſau
ros quoqꝫ Iuſtinus & Stephanacius regebat His ſe Arethas addidit cū Sa-
racenoꝝ copiis profectus • Poſtq̄ uero Colchos uenere ibidem metati ſunt

caſtra·Alamundarus autẽ & Azarethas qui apud Cabbula locum·CXX·
ſtadiis a Colchis diſtantẽ cõſtiterãt ubi hec audiuere piculũ formidãtes ul
terius nõ auſi pcedere retro domũ ſe recepere:deſcẽdẽtes aũt ac Euphratem
ſiniſtrorſus habentes Romæi pone inſequẽtes in eodẽ loco ubi illi dormie
bãt nocte ſequẽte remanebãt·Beliſarius enim de induſtria iuſtũ iter ſuos fa
cere nõ ſinebat ꝙ ad manus uenire cũ hoſte nõ dũ cuperet:ſed enim ſatis ei
habere uidebatᷣ Alamundarũ in Romæoꝝ ditionẽ trãſgreſſum:deinde ſine
effectu ad ꝓpria remigraſſe:quãobrem & duces & milites clam in eũ muſſi
tabant apte tñ nullus·Perſæ aũt in Euphratis ripa cõſtitere que cõtra Cal
Callinicum urbs — linicũ eſt urbem·Inde quoqꝫ p regionẽ nemini habitatã pfecturi ſic Ro
mæoꝝ terram omnino reliquere·Nõ enim ſecuri prius ſecundũ fluminis
ripã ire decreuerũt·Romæi uero apud Surroꝝ ciuitatẽ pnoctauere·Inde
mouẽtes hoſtes deprẽdũt ad prœliũ ſe adcingẽtes·Inſtabat aũt dieꝫ pxima
Ieiuniũ paſce — Paſcale feſtũ quod xpiani pre omnibus uenerantes prima eius die cibo po
tuqꝫ abſtinent:nec ſolũ die ſed in multã noctẽ ieiuni·Tunc igitᷣ ſuos Beliſa
rius animatos ad pugnã animaduertens ut ab hac eos ſententia deduceret
(nã & Hermogenes quoqꝫ q nup legatus uenerat hec etiã noſcebat)cogens
Contio Beliſarii — ſimul omnis hec eſt adlocutus·¶Quid o Romæi forte dirũ uobis accidit
aut quid paſſi uoſmet in diſcrimẽ conicere uultis nõ neceſſariũ? & nã eſſe
uictoriã purã ac ſincerã homines arbitranᷣ nihil ab inimicis graue pati qđ
uobis in pñs & fortuna dedit & ueſter cõtra aduerſarios motus·An nõ pre
ſentibus uti bonis preſtat q̃ nos fugiẽtia querere·Perſæ enim ſpe multa du
cti in Romæos mouerũt qua penitus nũc excidentes in fugã uertunᷣ·Itaqꝫ
ſi eos inuitos mutare ſententiam ac nobiſcũ prœlio congredi cogamus non
amplius uictoriã ſemel conſecutam poſſidebimus:ꝙ ſi forte male rem geſ
ſerimꝰ habitis iã tropheis priuabimur nõ quidẽ ab hoſte deiecti ſed nobis
ipſis·Sed & hoſtibus noſtris regionem ſine defenſoribus ullis inuadendi
occaſionem in futurum prebebimus·Hoc inſuper uos cogitare fas eſt ꝙ ne
ceſſaria nec prorſus uoluntaria eligentes pericula deus ſemp adiuuat abſqꝫ
uero his non hñtibus in quo ſe uertant:bene rem gerere non uoluntariis
continget·Vobis etiam aduerſa multa in pugna contingũt:Pedibus enim
plures ambulant:ac ieiuni ſumus omnes:preterea ꝙ nondũ omnes cõuene
runt·His a Beliſario dictis exercitus non clam amplius eũ obiurgabat ſed
in faciem inſurgentes apte hominẽ imbellem ac fortitudini reſiſtentem ap
pellabãt·Quoꝝ impudentia pterritus Beliſarius monitionẽ pteritã detra
ctãs adortãti filiis cõtra inimicos uidebatᷣ ſeſe excuſans ꝙ hoſtiũ animos ad

pugnandũ paratos prius nõ animaduertiſſet:nũc autem fiducia maiore ſe
in eos eſſe·Igitur aciẽ in fronte hoc modo diſpoſuit·in cornu ſiniſtro prope
flumẽ omnis pedites locauit·In dextro Arotham cũ Saracenis·Ipſe uero cũ
equitibus in medio cõſtitit· At cõtra Ezarethas ubi paratos uidit inimicos Ezarethæ con
talibus ſuos eſt adortatꝰ·Nemo dubitet cõmilitones uos quũ uiri Perſæ ſi- tio
tis ſi detur optio uirtutẽ uita non cõmutaturos· Nec opus exiſtimo uobis
huiuſcemodi ꝓponere deliberationẽ quibus pauloante fugiẽtibus piculũ li
cebat cũ ignominia uiuere/ac pulchra uirtuteq; digna delectabilibus poſt
habere · Quibus aũt mori neceſſe uel in ꝑlio cũ gloria:uel a uictoribus ad
ſuppliciũ turpiter ductis magna ꝑfecto inſania nõ ꝓ turpibus eligere me
liora· Qñ igitur nũc ſic ſe res hñt oportere uos omnis exiſtimo nõ ſolũ ini-
micos ſed imperatorẽ noſtrũ ante oculos habẽtes animo ingenti in hac pu-
gna cõſiſtere·His Ezarethes dictis ſic aciẽ cõſtituit·In dextro cornu Perſas
in ſiniſtro Saracenos collocauit:ſtatimq; in ꝑliũ ꝓceſſere: ſed atrox pugna:
cedes amboꝝ plurima·Sagiptę utrimq; denſæ ueniebãt Quidã inter utrãq;
aciem procedentes opa egregia oſtentabant · Perſæ autem magis a ſagiptis
ledebuntur: ꝙ eoꝝ quanq̃ denſiores ſine arte tũ mittebantur · Nam Perſæ Armoꝝ diffe-
fere omnes ſagiptarii ac aliis celeriores in emittendo eſſe ab initio docẽtur rentia inter
uerũ ex mollibus arcubus nec ualde protenſis miſſiliũ ictus mollius etiam Ro· & Perſas
feriebant uix Thoraci aut ſcuto herentium · Romæoꝝ autem miſſilia tar-
diora quidẽ uelut ex arcubus duris ac uehementer intenſis extracta · His
etiam quis addet ab hominibus fortioribus q̃ Perſæ: qui forte percuſſi ſta-
tim concidunt utpote nulla armatura contra ictus muniti· Iamq; prelium
ad duas diei partes protractum quum exſurgentes qui fortiſſimi in exerci-
tu Perſarum uidebantur in dextrũ inimicoꝝ cornu adequitãt ubi Arethas
& Saraceni erant qui ſic aciem eoꝝ in duas partes diduxerunt ut opinio-
nem facerent res Romæoꝝ a Perſis teneri:ex quo noſtri minime reliquoꝝ
expectantes incurſum in fugã omnes uertunt·Perſæ igitur intumeſcentes
aduerſarioꝝ aciem a tergo perſecuntur·Romæi autem & uia & labore pu-
gnæ iam feſſi:inſuper ieiuni ad hanc diei horam exiſtentes deniq; ab inimi
cis ex utraq; oppugnati parte non amplius reſiſtebant/ ſed multi certatim
fugientes in proximi fluminis inſulas ſe recipiebant/quidam uero etiam re
ſiſtentes miram opam ac uirtute dignã oſtendebãt in quibus & Aſcan erat
qui multis prius ab ſe interfectis Perſarũ fortiſſimis ad extremũ & ipſe tru
cidatꝰ cõcidit plurimũ de ſe ſermonẽ inimicis relinquẽs cũ eoq; ſimul octin
genti ſtrenui milites interempti·Iſauri fere omnes cum ducibus ſuis imbel

les quidem homines ac armoꝝ uſu carentes : ꝙ tunc primũ ex agricultura rapti ad certamen uenerunt prius eis ignotum:quanq̃ ipſi ante alios pericu li ignoratiõe in pugna tunc alacriores ac maiore fremitu ſunt uiſi & primi fere qui Beliſarium timiditatis accuſauerint. Hec omnes tamen Iſauri ſed ex magna parte Lycaones erant.Beliſarius autem cum paucis quibuſdam in acie permanens finem eoꝝ qui cum Aſcane perierunt uidere decreuerat deniq; cum preſentibus quoad potuit reſtitit:ubi autem uidit ſuos partim ceſos:partim in fugã uerſos quo quiſq; poterat tunc & ipſe cũ ſequentibus in peditum aciem confugit: qui cũ Petro etiam pugnabant nõ admodum multi exiſtẽtes ꝙ ex eis etiã plures fugiſſent. Hic itaq; ex equo ipſe deſcen dit omnes item ſequentes idem facere iuſſit ac una peditibus contra hoſtes auxilio eſſe.Perſæ autem relicta fugentiũ perſecutione que parum admo dum durauit ſtatim ſe cum reliquis aduerſus pedites & Beliſarium cõueni unt. Noſtri terga in flumẽ uerſi ne quis inimicoꝝ retro inuadere poſſet cũ omnibus qui aderãt occurrentes hoſtes reprimere contendũt:rurſus atrox cõmittitur pugna quanq̃ nõ pari numero.Nam pedites noſtri pauci admo dum contra totum Perſarum equitatum non tamen ab eis neq; uerti unq̃ neq; dimoueri potuere.In breui autem ſpatio reducti ac ſcutoꝝ munimine ſe tuentes magis hoſtes feriebãt q̃ ferirentur.Barbari equitatu turbare atq; diſſoluere confeſtim eoꝝ phalangem conantes ſine effectu retro rurſus re uertebant: nam ipoꝝ equi clipeoꝝ ſonitu perterriti reprimebantur ac una cum adſeſſoribus turbabantur.Sic itaq; utriq; uſq; ad diei ſerum perſeuera uere. Nocte iam ſuperueniente Perſæ quidẽ in caſtra receſſerũt: Beliſarius autem onerariam nactus nauigiũ in proximi fluminis inſulam quo Ro mæi confugerãt adnauigauit. Sequenti die reliqui omnes in nauim & ipi e Callinico aduectum ingreſſi in eundem locum adplicuerunt. Perſæ autẽ ſpoliatis prius cadaueribus domũ reuerterunt inter que nõ minorem ſuoꝝ numerum q̃ hoſtium inuenerunt.Ezarethas poſtq̃ cum exercitu ad Perſas peruenit:quanq̃ re bene geſta Cabadis tamen animũ magnopere offendit

Nota morem Perſarum

ex cauſa huiuſcemodi. Mos eſt Perſas in bellum ituros ante regem in thro no ſedentem cũ duce totoq; ſimul exercitu cõparere ac quemlibet ſagiptam unam in Cophinos ad hoc paratos proicere: eos deinde regio ſigillo ſigna tos cuſtodiri.poſtq̃ autẽ in Perſidem idem exercitus rediit :quilibet rurſus ſagiptam ſuã ex his aufert: nuntiant poſtea regi:quot uacant ſagiptæ: mul titudinemq; militum non reuerſoꝝ : qua ratione quot in bello interiere ma niſeſti ſunt.Interrogatus igitur a rege Ezarethas an aliquod Romæoꝝ op

pidum cepiſſet quando cũ Alamundaro Anthiocheam euerſurus exiiſſet Il le mullũ ait: uerũ Beliſariũ prœlio uiciſſe. At rex e ſagiptis uacãtibus uictoriam nimis cruentã cõtinuo damnans eum de honore deiecit proq; cõtempto habuit. Ea tẽpeſtate Iuſtiniano imperatori ſuccurrit Aethiopes & Homeritas cum Perſis contra eum ſocietatẽ iniuiſſe. Qui autem hi ſint homines & ubi habitent ac queadmodũ eos Romæis profuturos Imperator ſperaret nunc dicam. Paleſtinæ fines uerſus orientem ad mare pertinẽt rubrũ: Ipſum uero mare ex Indis incipiens hic in Romæorum ditione deſinit. Ciuitasq; Aila uocata prope huius eſt littus ubi mare ut mihi dicitur deſinẽs Perthenus quidam ualde anguſtus fit. Inde uero adnauiganti dextrorſus montes Aegyptiorum ad Auſtrum conuerſi ſunt. In altero autem regio hominibus deſerta ad Boream pertinet. Terra uero ipſa nauiganti utrimq; ſpectatur uſq; ad Iotabim inſulam ab Aila urbe ſtadiis non minus mille diſtantem. Hic Hebræi gens libera antiquitus habitat. Sub Iuſtiniano autem nuper Romæorum ſubditi ſunt facti. Pelagus inde maximũ extẽditur ubi nauigantes dextrorſus terram non adſpiciunt. In ſiniſtra uero nocte inſequenti ſemp adplicãt. In tenebris enim mare hoc minime procelloſum: In luce uero æſtuoſum plerũq; contigit eſſe: portus hic plures non manufacti ſed naturales. Ex hoc nauiganti non difficile ubicunq; contigerit adplicare. Recta uero per hoc littus Paleſtinæ montes ſuperanti Saraceni tenent qui Phœnicũ regionẽ iam dudũ incolũt. Eſt enim Phoenicia in mediterranea in magno tractu pcedens que nihil penitus aliud q̃ palmulas fert Hãc Iuſtiniano donauit Abocharalus Saracenorum in ea pte pfectus: quẽ Imperator Phylarchũ Saracenorum in paleſtina cõſtituit q tutã regionẽ ab incurſiõibus toto tpe cuſtodiit ꝙ Barbaris ſubditis: nec minus hoſtib9 formidoloſus ob eius uirtutẽ tũ rerũ experientiã fuerit. Ergo quũ uerbotenus hãc Imperator poſſideat locorum eius curã minime ſuſcipere ualens alii delegauit: ꝙ terra hominibus omnino uacua & ſine arte ac inaquoſa exiſtat: in medio decem iter dierum prorogata: deniq; nulla exiſtimatione digna: minimeq; ab eodẽ Imperatore cognita quum ei dono eſt oblata. Et hec in uniuerſum de Phoenicia. Horum igit̃ hominũ alii Saraceni littus icolũt q Maddeni uocantur Homeritarũ ſubditi exiſtentes. Homeritæ aũt hi in regione uicina iuxta mare habitant. Supra uero ipſos plures aliæ gentes uſq; ad Anthiophagos Saracenos eſſe feruntur. Poſt hos Indorum genera ſunt ſed de his ꝙ fabuloſa multa dicant̃ quiſq; ſuo modo loquat̃. Homeritæ aũt cõtra littus aduerſum maxime habitãt qui etiã Auzomitæ cognominant̃ ꝙ ipſorum

Aethiopes homeritæ.

De mari rubro.

Aila ciuitas

Iotabis inſula

Aila ciuitas

Saraceni

Phoenicia

Abocharalus

Maddeni

Homeritæ

Auzonis ciuitas.

D.

in ciuitate Auzonide regia ſit· Mare autem quod in medio eſt uento medio
criter flante quinq; diebus ac totidē noctibus nauigať: nocteq; tm̄ concuti
fertur· Idem a nōnullis rubrū appellať· Qui aūt apparet ex hoc nauiganti
uſq; ad littꝰ & marittimā ciuitatē Arabicus uocať ſinus· Inde quoq; regio
Gaza — uſq; Gazam ciuitatem Arabia noiatur cuius regia Petra eſt ciuitas· Portus
Petra ciuitas· — igiť Homeritaꝝ unde ſoluētes ad Aethiopes adplicare ſolēt Bulicas diciť·
Bulicas portꝰ — Nauigantes quoq; ſemꝑ hoc pelagus portū Adubitoꝝ contingunt· Adulis
Adulis ciuitaſ — enim ciuitas eſt a portu ſtadiis·xx·diſtās tantūdemq; a mari remota ab ur-
Nauigia In- — be aūt Auzonide iter dieꝝ·xii·Nauigia quoq; & in Indis & in hoc mari nō
doꝝ & Aethi- — eodem modo quo cetera Non enim pice nec alio quocūq; ſunt illita: neq;
opū qūo· — itē in eiſdē ferro aſſeres inter ſe cōpacti ſed laqueis quibuſdā uincti· Cauſa
alterum Sittã interfecimus • Beliſariũ uero non amplius Iuſtinianus uide
bit ut ueriſimile quẽ ille contemnẽs• Italoꝝ nunc potentia fruitur • Ex quo
tibi contra hoſtes eunti nemo occurret• Habebis inſuper nos & beniuolen/
tia (ut par eſt) & multa locoꝝ peritia in exercitu ſuffragãtes • Hec Coſroes
ubi accepit: quicquid in Perſide integri erat ac fideliũ cõuocauit: eoſq; que/
cunq; Vittiges ſcripſit: quid ue armenii narrauerunt docuit• Idq; ante om/
nia in conſultatione poſuit: ubi plurimæ dictæ ſunt utrimq; ſententie• Tan
dem eis ineunte uere bellum: contra Romæos ſumendũ uiſum• Erat enim
tunc autunnus Annus uero Iuſtiniani imperii tertius ac decimus• Nec unq̃
Romæi exiſtimare potuerunt: fœdera aperanta primũ a Perſis uiolatũ iri•
quãuis Coſroem audiuerint: ex his que in occidente proſpere ipſis euenerãt
magnopere turbatũ/cauſaſq; iam dudũ querere tales quas pauloante me/
moraui• Inſuper Cometes eo tempore diebus pluribus apparuit• prima qui Cometes
dem parte uiri magnitudine in occidentem uerſa: poſteriore autem longe
maior in orientem ſpectans ſolem in capricorno exiſtentem ipſe in ſagipta
rio ſequebatur• Xyphiam uocant ꝙ longe in acutum tendat: nõnulli pogo
niam• De quo ſapientes alii alia opinantur diuerſa mortalibus portendere
Nos autem ea que contingunt ſcribere conabimur quilibet ſuopte ingenio
rem poſtea indicaturus• Ingens igitur tũc Vnnoꝝ exercitus Iſtrum tranſ/ Vnnoꝝ irrup
mittentes in omnem Europam inuaſerunt: nec ulla natio tot in hac parte tio•
maleficia damnaq; intulit: e ſinu enim Ionico hi Barbari omnia uſq; Byzan
tiũ ſuburbana populati ſunt: Arceſq; duas munitiſſimas in Illyrico ciuita
temq; Caſandream ui euerterunt: quam antiqui Potideam uocabant: mul/ Caſandrea
taq; gaza ſimul cũ Centum & uiginti millibus hominũ captis domũ reuer olim Potidea
terunt: nullo penitus eis reſiſtente• Poſteris autem temporibus ſepius reuer
ſi intoleranda Romanis mala intulerũt• Nam in cherroneſi expugnatione
oppidanos deceperunt: ex parte maris que Melanes uocatur muros aſcen/
dentes de improuiſo eos oppreſſerunt: quoꝝ partim capti partim interfecti
ſunt• Nonnulli anguſtias maris inter Abydum & Sextum tranſeuntes in
Aſiæ loca excurrentes Cherſonneſum reuerterũt• Inde deniq; rurſus domũ

cum toto exercitu ſe receperunt. In alia item irruptione Illyricum repetentes Thermopolim opſedere: oppidanis ſe acriter defendentibus ueſtigabāt quanam uia facilius aſcendere poſſent: preter ſpem unam reperierunt que ad montem his ſuper uenientem ducit. Sic omnis fere græcos preterq̄ Pelo ponneſiacos infeſtantes tertio domū remigrarunt. Perſæ igitur haud multo poſt fœdera uiolantes In Romæos ea geſſerunt que nunc dicam. Beliſarius Gothoꝝ atq; Italoꝝ regem Vitigem captiuū Byzantiū eo tempore du

Epl'a Iuſtiniani ad Coſroē. xit: quando enim Iuſtinianus Coſroem audiuit bellum mouiſſe: prius monitione quadam eum ab incepto deducere conatus eſt: forteq; ea tempeſtate Anaſtaſius quidā Byzantiū uenit Daræ ciuitatis tyrannidem rilinquēs uir alioquin prudens. Hunc Imperator ad Coſroem cū litteris huiuſcemodi mittit. Prudentiū eſt hominū & eoꝝ qui relligionem ac deum rite colūt pullulantis belli cauſas preſertim cum amiciſſimis protinus incidere. Contra uero imprudentiū ac deū ſibi maxime iratū reddere querentiū tumultus occaſionem excitare. Pacem enim ſoluentibus arma ſummere nulla eſt mora: quando ſtudia peruetſiſſima uel infimo generi hominū facilia factu rerum natura uult: bellum uero ſemel ingreſſo ad pacem rurſus inclinare homini nequaq̄ facile exiſtimo. Quāuis enim tu ſcriptu inter nos minime quomodo oporteat cauſaris: & ea quidē tuo modo interpretari tibi fas eſſe putas: non ut nos deliberati ſcripſimus: ſed ut ea que iam facere decreueras tibi ad ad excuſationem peruerſæ uoluntatis umbram quandam preberēt. Iam nobis que palam uidimus queri poſſumus Alamundarū tuū fines incurrentē noſtros manente fœdere uniuerſos populatum fuiſſe, reſq; geſſiſſe nefandas: oppida cepiſſe, opes rapuiſſe: cedes maximas patraſſe: pro qbus non te nos tam accuſare q̄ te ſuper his excuſare fas eſſet. Qui enim huiuſcemodi querunt alios ledendi occaſiones ſeſe factis q̄ mente manifeſtius oſtēdunt: ſed his quanq̄ hoc modo ſe habentibus nos pacem omnino ſectari decreuimus: te autem contra Romanos audiuimus cauſas nullatenus ad nos pertinentes iure fingere. Nam qui preſentia ſubornare in animo habent in amicos uehementer cauſas excitant: quibus enim amicitiæ ius minime placet nō exiſtentes & cōmentari occaſiones conat̄. Sed hec ne uilibus quidē hominibus ne dū regibus cōuenire profecto uideant̄. Tu uero his aliquātulum dimiſſis conſidera queſo numerū in bello utrimq; deſideratoꝝ: par temq; illā merito damnari uidebis quæ tātæ cædis cauſa fuit. Præterea iuſiurandum reputa tuum: pecuniam demū quam recepiſti: quæ omnia deſpiciens: non artibus aliquibus q̄ ſophiſmatis & cauillis fas iuſq; interuertere

cupis: Non enim deus quem offendis decipi idoneus. Hæc ubi Coſroes le-
git neq; ſtatim reſpondit neq; Anaſtaſiũ remiſit ſed ibidẽ remanere coegit.
Poſt hæc aũt hiems deſiit: ac tertius & decimus Iuſtiniani imperii annus
erat. Coſroes uero appetente in Romæorũ terras cũ magno exercitu ingre-
ditur ac pacem apantam: ideſt que ſine termino fuerat manifeſto ſoluit. Pax apanta.
Iterq; fecit non per mediam fluminũ regionem: ſed Euphratem dextrorſus
habens. Eſt enim in altera fluminis ripa Romæorũ oppidũ munitũ quod
Circeſion uocatur prærruptũ: ex magna parte: q; Aborras fluuius ingens Circeſion op.
hic oſtia emittens Euphrati miſcetur angulum iuxta oppidum facit: ac mu Aborras flu.
rus extra caſtellum longus regionem utriuſq; fluminis mediam complec-
tens triangularem efficit loci formã. Qua ꝑpter eum ſic natura munitum
Coſroes neq; tentare: neq; Euphratem tranſire nullo modo decreuit: ſed in
Cilices & Syros ire nihil cunctatus: ante exercitum trium iter dierũ expedi-
to adequitauit: iuxtaq; Euphratis ripam Ciuitatẽ Zenobiæ contigit: quã Zenobiæ ci-
illę reſtituens de ſuo nomine uocauit. Hec Odonathi regis uxor fuit in ea uitas.
regione Saracenorũ qui in fœdere Romanorũ iam dudum erant. Is autem Oodonathus
Odonathus rempub. Romanis a Perſis in oriente occupatã ſeruauit. Sed Saraceni
hec ſuperioribus geſta temporibus: Coſroes autem proxime ad Zenobiam
adcedens ubi oppidum eſſe non admodũ clarum didicit/ ac regionem eam
inhabitatã & omnibus deſtitutam bonis intellexit: timens ne hic moram
nullo uſui trahendo rebus ei magnis eſſet impedimẽto: oppido prius excõ
ditione fruſtra tentato: ulterius celeriter tantundem rurſus adequitans ad
Surenorũ ciuitatem ꝑpe Euphratem ſitam conſtitit ubi equus in quo inſi- Sureni
debat terram pede percutere cepit: quod Magi oppidum id in poteſtatem
eius uenturum coniecerunt: ex quo ſtatim ille exercitu ꝓpius admoto me-
nia oppugnare cepit: Erat autem hic Arſaces quidam nomine Armenius
genere dux qui milites ad propugnacula ſuperiora ducens: Inde pugnãdo
fortiſſime ac plures interficiendo inimicos ſagipta percuſſus cecidit: Perſæ
q; ſerum tunc eſſet diei ut poſtera luce rurſus pugnaturi ad exercitum ſe re
ceperunt. Romæi autem ignorantes extinctũ eis eſſe ducem ſupplices Coſ-
rois eſſe decreuerunt. poſtera die ciuitatis epiſcopũ pacem rogatum & ſeſe
excuſatum mittunt. Is quoſdam ducens miniſtros aues ferentes uinũq; ac
probos panes ad Coſroem uenit ac humi procumbens flere cepit/ ac orare
iam miſeris parceret ſimul & ciuitati quæ Romæis quidẽ ſine honore eſſet
Perſis uero in nulla ratione prius habita nec infuturũ habenda Surenos
pretiũ redemptionis libenter pro ſe proq; oppido qđ inhabitarent daturos

pollicetur• Coſroes autem quum male in Surenos animatus eſſet ꝙ primi
omniũ Romæoꝝ in quos incidiſſet urbe cum non excepiſſent: quin arma
corripere auſi multam Perſarũ fortiſſimoꝝ cedem feciſſent: iram tamen ad
tempus diſſimulauit ut in Surenos poſtea cõmodius animaduertendo cete
ris timorem incuteret fama quaqua uerſus eius formidinis peruagata faci-
lius reliquos ſponte ceſſuros ſperabat: quamobrẽ multa placabilitatis ſpe-
cie donis receptis ſpem tribuit ut cõmunicato cum ſuis Perſis conſilio eis
omnino ſatiſfacturũ• Interim Epiſcopũ remiſit cum eoq; Perſas aliquot ui
ros prudentes comites & quaſi promiſſionis teſtes ire iuſſit: quibus clam
præcepit ut cum ipõ uſq; ad menia procedentes eos plane hortando & lau-
dando omnem metum adimerent: ubi uero cuſtodes eos recepturi: patuam
portam aperirent: lapidem aliquem aut lignum in medio telluris & portæ
proicientes claudi non ſinerent: ſed conantibus ipſi aliq̃diu ſint impedimẽ-
to ſermonem de induſtria ꝓtraendo: paulo enim poſt exercitum eſſe ſub-
ſecuturum• Hæc Coſroes poſtq̃ euntibus mandauit exercitũ præparat cur
ſuq; dato ſigno ad Ciuitatem cõtendere iuſſit: ubi uero prope menia fuere
Epiſcopum humaniter ſalutantes extra expectant• Sureni autẽ Epiſcopũ
uidentes multa hilaritate relictis belli curis: obuiam ſecuri procedunt: to-
tamq; pandentes portam: eum cum ſequentibus in urbem multo honore:
plauſu: laudibuſq; excipiunt• Poſtq̃ uero omnes intra fuere cuſtodes portã
claudere nituntur: at Perſæ lapidem paratum in medio proiciũt: cuſtodes
multo magis innitentes nullo modo potuere: reſerare autẽ rurſus nõ ſunt
auſi ꝙ ab hoſtibus teneri animaduerterent• Nõnulli nõ lapidem ſed lignũ
Perſas inieciſſe portæ adfirmant Surenis interim nõdũ fere rem ſenſerant:
quando Coſroes cum toto exercitu adfuit: ac portam Barbari ui aperien-
tes in urbem irrumpunt omnemq; diripiunt atq; incendunt homines par-
tim cedentes partim captiuos ducentes• Deinde Anaſtaſiũ legatũ ad Iuſti
nianum remiſit nuntiatũ ubi nam Coſroem locoꝝ reliquiſſet• Poſt hæc ſiue
aliqua humanitate ſiue auaritia fretus ſeu etiam amore promotus feminæ
cuiuſdam forma preſtanti nomine Euphemiæ: quam ex omni preda ma-
trimonio ſibi iunxit: cupiens etiam aliquam ex captiuis utilitatem ad Ser-
Sergii ciuitas gii ciuitatem eos miſit Romæis ſubditam quæ a Sergio uiro ſancto nomen
accepit• cxxvi• ſtadiis a Capta ciuitate uerſus auſtrum diſtantẽ: ſitamq; in
Cãdidus p̃ſul campo Barbarico appellato• Hic Canddus erat Epiſcopus quem Coſroes ca
ptiuoꝝ• xii• millia ſi uellet ſe ducentis tantum aureis cõmuraturum eſt pol-
licitus: quũq; ſe ille pecuniam habere negaret Coſroes fide ſe optulit uen-

diturum • At Candidus ſequente Anno ſe aurum daturũ & chirographo: & iureiurando adfirmauit: pena: dupli non reddenti conſtituta Inſuper ſacerdotio ut indignum priuari • Igitur redempti Sureni paulo poſt ex magna parte ob doloris acerbitatem & labores continuos interierunt • His geſtis Coſroes ulterius procedens duxit exercitum: Imperator autem Iuſti nianus paulo anteq̄ hæc geſta ſunt res orientis in duos diduxit duces Ci- tra fluuium Euphratem omnia Beliſario tradidit regenda • Inde uero uſq; ad Perſarum fines Buze commiſit: quem unum uſq; ad aduentum ex Ita- lia Beliſarii omnia iuſſit adminiſtrare • Quamobrem Buzes uniuerſum ha bens exercitum ab initio apud Hierapolim ſubſtitit: ubi uero audiuit que Surenis acciderant conuocatis Hierapolitanoꝝ primatibus hæc ait • Eos ꝓfecto qui æquis cũ hoſte uiribus cõcurrũt apte: ac ſtatim ad manus ueni re abſurdũ nõ fuerit: at qui longe inferiores exiſtũt ſtratagematis: artibuſq; reliq̃s utilius inimicos circũuenire q̄ in aciem manifeſtã cũdo clarũ adire periculũ • Exercitꝰ eni Coſrois q̄ creuerit uidetis ſi eni nos obſidione oppug nati cũcti uelimꝰ ex menibꝰ certãdo reſiſtere neceſſe ut neceſſariis deſtitua mur • Perſæ uero ꝑ cãpos nr̃os nullo repugnãte diſcurrẽt • Hac aũt obſidiõe durante menia hec ꝗtacunq; quãuis inexpugnabilia non exiſtimo hoſtiũ uiribus poſſe reſiſtere • At ſi pars noſtri tm̃ exercitus muros tuec̃: reliqui ui- cinos urbis montes occupent / ac inde qñq; in caſtra inimicoꝝ: qñq; uero ad inquirenda neceſſaria excurrant cogent profecto Coſroẽ e ueſtigio relicta obſidione diſcedere: quum neq; comode aut libere in menia irruptiones facere: neq; tante multitudini neceſſaria ſuppeditari queant • Hæc a Buze dicta ex re atq; uſu eſſe omnibus uiſa ſunt • Nihil tamen ex his geſtum pro pterea ꝙ Buzes probatiores de exercitu delectos ſecũ abiens duxit • Vbi aũt terraꝝ fuerit nullus ex his qui Hierapoli remanſere nũq̄ ſcire potuit • Iuſti nianus aũt audiens Perſaꝝ irruptionẽ Germanũ fratris filiũ cũ magna ce- leritate ac trecẽtis cũ ſequẽtibus: reliquũ ingentẽ exercitũ cito ſubſecuturꝝ ꝓmittẽs • Is cũ Antiocheã ueniſſet menia ſtatim obiuit ipaq; ex magna pte inexpugnabilia repperit: hæc Orontes abluẽs in plano inimicis inadceſſa reddebat: & q̄ in accliui ac arduo ſita erãt ab oppidi ꝑruptis obſeſſa minime ab hoſtibus inuadi poterãt • In ſũmo aũt Orocaſiam ab accolis uocatũ in ex pugnabilem optimũ ipſi ꝓpugnaculũ obſiſtere putabant • Petra hic eſt lati tudine quidem mediocri altitudine paulominus q̄ menia: iuſſit igitur aut petram hãc cõcidentes profundã circa muros foſſam facerent ne quis inde aſcendens in menia cõſcẽdere ualeat: uel turrim aliquẽ magnã ædificantes.

Germanus

quæ mutos attingat• Sed Fabtũ præfectis neutrũ hoꝝ faciundũ eſt uiſum ꝙ breui tp̄e perfici nequirent: incũbente pteſertim inimicoꝝ irruptione: incipientes uero opus nec pficientes nihil aliud eſt q̄ hoſtibꝰ oſtẽdere: qua nã potiſſime menia ſint expugnãda• Germanus aũt huiꝰ ignarus cõſilii abinitio quidẽ exercitũ e Byzantio expectans ſpei aliq̃tulũ habuit: poſtq̃ uero lõgo ꝓcedente tp̄e nullus adueniebat: ſpeſq; ueniendi nõ erat in metũ incidit ne Coſroes audiens Imperatoris fratris filiũ adeſſe: hoc aliis oibus negotiis preuerteret ac toto ſtatim exercitu cõtra Antiocheam ueniret•Hoc ſentientes Antiocheani de cõſilii ſententia ad euitandũ periculũ ſtatuũt Magnũ

Magnus ep̄s

Berrhoeæ epiſcopũ:loci indigenã uirũ prudẽtẽ ad Coſroẽ mittere:periculũ deprecatũ•Is igitur diſcedens inuenit Perſaꝝ exercitũ haud lõge ab Hierapoli eſſe:ubi inconſpectu Coſrois uenit multis eũ rogat ut miſeros reſpiciat qui neq; in ip̄m peccauerũt/neq; contra Perſas uenire ſunt apti• Decet regẽ hominem omnium maxime humilibus nequaq̃ reſiſtere uolentibus nullo modo inuadere ac uiolare• Nam rem hanc improuiſam & adeo p̄paratam minime regiam dici oportet: quum Romæoꝝ Imperatori nullum detur ad deliberandũ tempus: ut uel de pace inter ſe conueniant: uel bellum de condicto uti fas eſt gerant• Hæc ubi Coſroes audiit animum indomitum nequaq̃ temperare ualuit quin inſolenter reſponderet• Faſſus igitur Syros ac Cilicas delere omnis ac Magnũ ſequi iuſſit exercitum Hierapolim ducens ubi poſtq̃ uenit exercitum collocauit: poſtq̃ uidit menia iam tuta ac munita & militum preſidium firmum adeſſe• Hietapolitanis pecuniã imperauit Paulum interpretem mittens•Is enim in regione Romæoꝝ nutritus erat: ac Scriba apud Antiochenos erat: dicebatur & genere ab initio Romæus eſſe• Illi autem circa menia ædificantes ſpatii multum uſq; ad Orontem qui in hac parte eminet complectebantur deinde terram illeſam ac minime depopulatam habere uolentes pondo argenti duo millia ſe daturos promiſerunt/ Tũc Magnus pro omnibus orientalibus Coſroi ſupplicans non prius reuertit q̃ ei Coſroes ꝓmiſerit ut mille pondo auri acceptis uniuerſam in oriente Romæoꝝ ditionem a metu liberaret• Sic ea die Ma-

Berroea ciuitas obſeſſa•

gnus inde ſolutus Antiocheam uerſus & Coſroes Berroeam iuere quæ ciuitas inter Hierapolim & Antiocheã ſita unius iter diei expeditio ab utriſq; diſtans• Magnus igitur ut qui cum paucis uelocius proficiſcebatur Perſarum autem exercitus medietatem itineris illius tm̃ pagebat•Quarta autem die ille Antiocheam: Hi in Berroeæ ſuburbanum uenerunt/ ac pecuniam Coſroes a Berroeis per Paulum eo miſſum exegit non ſolum quantã a

Hieropolitanis accepit ſed huius duplã• Illi aũt ꝙ menibus ualde expug⁄
nabilibꝰ minime cõſiderẽt ſtatim ſe daturos receperũt:moxq; duo milia tm̃
argenti pondo dederũt:reliqua nõ facile poſſe ſe dixerũt•Coſroe aũt rem ur
gente Illi timentes nocte ſequẽte oẽs ſimul cũ militibus in munitionẽ que
uicina eſt cõfugerũt cuſtodiaſq; adhibuerũt•Die ſequẽti quidã a Coſroe in
ciuitatẽ miſſi ut pecuniam acciperent menibus ꝓpinquantes clauſas offen
derunt portas nullũq; ꝓpe cuſtodẽ aut defenſorẽ: quod ubi rex accepit per
ſcalas muris adpoſitas aſcendendo ingreſſum tentare iubet: quo facto ac
nullo reſiſtente intra menia penetrantes: portas ipſimet aperiũt: ac intus ex
ercitũ ſimul cũ rege recipiunt•Coſroes igiť iratus paulominus quin urbem
omnẽ incenderit: arcem inde expugnare cepit• Hic milites Romæi acriter
reſiſtentes quoſdã ex inimicis occidunt:Magna hic Coſroi de obſeſſis felici
tas obuenit qui quidẽ in hanc arcem non expediti ſed nimio timore contra
militiæ diſciplinã cũ equis ceteriſq; omnibus animalibus cõfugerũt:in qua
unus tm̃ fons exiſtebat facile a tanta multitudine cõſumptus cauſa fuit ut
deditionẽ poſtea facerent•Res igitur Berrocoꝝ hoc modo ſe habuere• Mag
nus interim Antiocheam ꝑueniens ea que circa Coſroẽ cõfugerunt nuntia⁄
uit: utq; cõmuni periculo pecunia & ipſi uellent occurrere ſuaſit • Interim a
Iuſtiniano legati Ioannes Rufinus & Iulianus Antiocheã uenerunt:quoꝝ
Iulianus ſecretoꝝ ſcriba erat quod munus a ſecretis latini uocant• Is tantũ
inter eos dandam eſſe inimicis pecuniã negauit: ac Imperatoris ciuitates
hoc modo emendas: Inſup Euphemius Antiocheæ preſul eundẽ preſulem
inſimulabat ueluti Coſroi tradere ciuitatẽ in animo habentem• Qua ꝓpter
Magnus re infecta remigrauit•Euphemius uero ipſe ad extremũ Perſaꝝ im
petum metuens in cilices migrauit:quo paulopoſt & Germanus uenit pau
cos admodum ſecum ducens pluribus dimiſſis ubi ergo caſum qui de fon⁄
te accidit accepit :lacrimans ad Coſroem rurſus uenit pronuſq; iacens orat
nihil de rebus ac bonis Berroeorum ſed tantum corpora ſeruari • Rex miſe
ricordia motus precibus uiri facile conceſſit: quamobrem iureiurando pro
miſit omnes quos in arce eſſent ſaluos fore Berroci itaq; e tanto diſcrimine
incolumes arcem reliquerũt/ac abeũtes quo quiſq; uoluit habitauerũt/mi
lites uero pauci conſecuti reliqui uoluntarii: ad Coſroem tranſfugerunt
indignati ꝙ multi temporis ſtipendium eis publicæ deberetur: ac poſtre⁄
mo cũ ipſo in Perſas migrauere • Poſt hæc quum Magnus Coſroi nuntia
ſſet nullo modo Antiochenos ad exſoluendam pecuniam induci potuiſſe:
ille cum exercitu aduerſus eos tendit • Antiocheni uero quidam cum omni Antiocheę op
ſubſtantia inde quo quiſq; uoluit aufugerũt• Idẽ fere & reliqui erãt facturi ſidio•

niſi forte interim duces militũ Theoctiſtus & Malazes q̇ apud libanũ erãt
auxilio cũ ſex millib9 ueniẽtes:eos omnino ꝓhibuiſſent:ubi nõ multo poſt
& Perſaꝝ exercit9 ueniẽs apud Orontẽ fluuiũ caſtrametatus ẽ• Milites aũt
cũ Theoctiſto & Molaze ſtatim in equos inſiliẽtes q ad manus erãt ad por
tas adequitãt Buzen diuulgãtes cũ exercitu iã auxilio uenire ac receptũ ce
leriter in ciuitatẽ:unacũ ip̃is inimicis reſiſtere uelle•Hic itaq; Antiochenoꝝ
multi utriuſq; ſexus:cũ filiis ad portas cõtendũt ubi abequoꝝ multitudine
ũt in loco anguſto:ꝓiecti ceciderũt:milites uero nullis eximprouiſo parcen
tes ſupra iacentiũ corpa adeq̇tabãt:ex quo ſtrages plurima facta•Sed & ad
portas ip̃as Perſæ nullo reſiſtẽte ſcalas adponẽtes murũ nullo labore aſcen
derũt:ac in turrib9 celeriter euadẽtes aliq̃diu deſcẽdere in urbẽ nullatenus
uoluere:ſed addubitãtib9 ac uerẽtib9 ſiſ̃es: oculis ac aĩo loca iniqua ꝓluſtra
re ac inſidias hoſtiles ſuſpicari uidebãt•Nã ea q̃ extra menia ſũt apromon-
torio ſtatim deſcẽdenti inhabitabilis ex magna pte regio ẽ•Petræ altiſſime
hic eminẽt ac loca p̃rupta:q̇dã ferunt Coſrois iuſſu cũctationẽ hãc Perſas fe
ciſſe•Poſtq̃ eni loci difficultatẽ nouit/ac milites fugiẽtes uidit timẽs ne qua
neceſſitate inducti retro rurſus cõuerſi negotiũ eis faceſſerẽt:impedimẽtoq;
eſſent ſi ita cõtingeret quo min9 ciuitatẽ capent antiquã : ac oĩbus potiorẽ
quas Romani in oriente poſſiderẽt• Nã & diuitiis & hominũ multitudine
& felicitate reliqua p̃ſtabat•Pro qua cõſequẽda Coſroes cetera cõtẽnens Ro
mæis militib9 quocũq; uellẽt fugiẽdi poteſtatẽ fecit:quaꝓpter manib9 ſig-
nificãtib9 Perſis uti uelociter fugerẽt Illi una oẽs cũ ducib9 abierũt p portã
que in Daphnẽ Antiocheæ ſuburbanũ ducit:a qua tm̃ Perſæ ceteris captis
abſtinuerũt•Ex populo pauci admodũ milites ſecuti ſũt:ubi uero eos Perſę
nõ ulteri9 ꝓcedere uiderũt:e mõte deſcendẽtes in medio ciuitatis apparuere
Hic itaq; Antiochenoꝝ plures iuuenes:ad man9 ueniẽtes primũ in pugna
ſupiores ẽe uidebãt•Erãt enĩ q̇dã illoꝝ armati plurimi uero inermes ac tm̃
lapidũ ictib9 inimicos ꝓpellẽtes pæona canebãt & Iuſtinianũ Impatorem
Callinicũ(nã hoc ei cognomẽ in bello erat)tãq̃ ſi uiciſſent clamabãt • Inter
hec Coſroes in turri ſecũdũ Acranen cõſidens iuſſit ad ſe legatos uenire cũ
q̇bus aliqua tractaret: q̇dã uero ex eoꝝ magiſtratib9 Zaberganes putãs de
cõcordia uelle cũ legatis in ſermonẽ uenire in cõſpectũ regis ꝓtinus cũ hac
oratiõe adceſſit•Nõ mihi uideris dñe ea que ad hoꝝ ſalutẽ ptinent cognoſ-
cere•Hi enim ante pericula tuũ ſpernunt imperium:uicti quoq; ardua ten-
tant & Perſas grauiter adfligũt:tãq̃ de tua pietate diffiſi• Tu aũt eoꝝ q ſer-
uari minime petũt miſereri cogitas : tũ parcere minime uolentibus parcere
contendis Nam turmatim in inſidiis poſiti quanq̃ uicti & millitibus de-

ſtituti uictores paſſim cedunt• Hæc Coſroes audiens quoſdã e ſuis primori bus ad eos miſit qui breuiter redeuntes nihil mali eueniſſe renuntiauerunt Iam enim oppidanos reſiſtentes Perſæ multitudine euerterant ac cedes hic magna facta eſt• Hoſtes namq; nulli parcentes ætati omnis obuios. interfe cerunt• Tunc ferunt duas Antiochenas feminas inluſtres extra menia ſen tientes q̃ ab inimicis urbs eſſet capta ne quid a uictoribus turpe paterētur curſu ſtatim ad Orontem contendiſſe ac optis flameolo capitibus in pflu entẽ ſe ieciſſe• Hũc itaq; finẽ Antiocheni habuere• Hic Coſroes legatis hæc dixit nõ ꝑcul a ueritate antiquũ puto ꝓuerbiũ• Quod nõ pura deus bona: ſed malis ſemp aliqbus admixta prebet homibus: neq; riſum ſine fletu ha bemus reſq; ſecundas ſemp calamitas quedã ſubſequitur: ac uoluptatẽ tri ſtitia comitatur: deniq; legitima ſinceraq; q̃nq; felicitate frui nuſq̃ datᷣ• Ciui tatẽ igiť hãc pulcherrimã ac digniſſimã Romanoꝝ: cũ labore deo uictoriam concedente uti uidetis cepimus• Cedem quidẽ hominũ mihi ſpectanti poſt tot incomoda uoluptati eſt• Huius itaq; mali miſeri Antiocheni cauſa ſunt qui noſtris impares uiribus in expugnãdis menibus reſiſtere uoluere• Sed & iam uictores nos ac capta fere ciuitate ſtulta audacia nobiſcũ etiã pariter certare cõſtituerũt Omnes enim Perſaꝝ nobiles ob hec irati omnis ad unũ interfici pmitterem me rogabant• Ego uero eos ut aliquo confugientes ſer uarenť iuſſi: quũ fas nõ putarem in captos iã uti ſeuitia• Hec itaq; rex lega tis ſimulata mente ac alio tendens locutus eſt: nõ eni eum latebat cuius rei gratia fugiendi tẽpus dediſſet: Erat nãq; omniũ uerſutiſſimus ac ſimulãdi diſſimulandiq; peritus: tũ maloꝝ ꝑpetratoꝝ cauſas nectere Inſup cõmodi gratia omnia polliceri ac eadẽ iureiurando firmare: pauloq; poſt irritare & alio uertere paratus• Ob pecuniã quoq; ad omne nefas promptiſſimus: hæc deinde omnia celare crimina/& ore pietatẽ pre ſe ferre: facinora ſanctis uer bis honeſtare mirus artifex ſicuti cõtigit in Surenos qui quũ nihil admiſiſ ſent dolis ac modis ſupradictis circũuentos ꝑdidit• Poſtq̃ enim captam ci uitatem: quũ audiiſſet feminã nobilem & ornatam ab uno Barbaro manu ſiniſtra per uim tractã ac filium paruũ tunc lacte depulſum: altera manu dimittere nolentẽ: q̃ cõſequi nõ poſſet: pauimẽto illiſum• Ita uerbis ac uul tu ſe dolere caſum hũc miſerandũ ſuis artibus oſtendiſſe dicũt ut etiã fleue rit ac p̃tibus cũ aliis tũ Anaſtaſio legato deũ oraſſe ut eũ q cauſa hoꝝ eſſet maloꝝ plecteret • Iuſtinianũ uidelicet notans: quũ ſe probe ſciret illoꝝ eſſe cauſam• Hac igitur natura Coſroes uerſatili rex Perſarum factus eſt quum Zamas qui ætate prior altero tamẽ captus oculo ſucceſſurus eſſet: Deniq;

Antiochea direpta•

De Coſrois moribus•

nullo labore aduerſarioꝝ eſt potitus: ac mala Romæis quot uoluit intulit• Cupiens enim fortuna magnū in futurū aliquem facere nullo reſiſtere ualente id peregit: neq̧ uiri dignitatem cōſiderans neq̧ ꝙ nihil eoꝝ que oportet fiat: ne ue ꝙ multi querantur ac eam accuſent penitus curans: quod ſemel conſtituit id exſequitur• Nunc ad rem propoſitam reuerto Coſroes capta Antiochea exercitui precepit uti Antiochenos ſparſim fugiētes caperēt: ſubſtantiāq̧ omnem ac bona diriperent• Ipſe autem cū legatis in templū a monte deſcēdit quod eccleſiam uocant• Hic tantā auri argentiq̧ ac aliaꝝ rerum gazam margaritaſq̧ pulcherrimas repperit ut preter cetera ſatis hec eſſent ut inde ditiſſimus diſcederet• Quæ omnia educi extra menia ut domū ferrentur iuſſit• Poſt hec uniuerſam ciuitatem incendi mādauit: rogantibuſq̧ legatis ut tantū templo parceret: pro quo pretium ſe daturos receperunt facile conceſſit: relictiſq̧ tm̄ paucis parrando incendio ipſe in caſtra cum reliquis ſe recepit: in eo loco ubi abinitio conſtitere• Tantā igitur Antiochenoꝝ calamitatem deus omnipotens prodigiis quibuſdam apud eos futuram ſignificauit• Signa enim militum qui hic iamdudū conſiſtere ſolebant fixa ac in ſolis occaſum ſpectantia cōuerſa in orientem: ac rurſus in ordinem priſtinum reuerſa nullo actingente apparuere• Hec milites cū aliis proximis tum queſtori militiæ ſumptus oſtenderūt ſignis aduc pene ſe mouentibus: erat autem hic Taturius nomine uir admodū prudens e Mopſo ueſtæ ciuitate profectus Nōnulli ſane interpretati ſunt ꝙ ex rege occidentali ad orientalē huius urbis potentia quādoq̧ perueniret neq̧ ulla arte quin hæc uti euenit paterentur uitari potuiſſe• Ego uero hec poſteris prodens nō habeo dicere quid profecto deus uoluerit res uiri uel loci ſublimes facere/ rurſuſq̧ eaſdem perdere ac obſcurare ex nulla cōmuni nobis cognita cauſa: quum fas dicere non ſit cuncta ab eo ſine ratione non procedere: qui qdem Antiocheam tunc a uiro nefando perditum iri ac ſolo equari ſuſtinuerit: cuius urbis pulchritudo/ac magnitudo nunc quoq̧ abſcondi nō poteſt• Eccleſia igitur uti ſupra narraui tm̄ relicta eoꝝ cura Perſarum quibus res hec mandata fuit/relictæ quoq̧ circa Ceratæum appellatum domus multæ nulla tamen hominū prouidentia: ſed qm̄ in extrema ciuitatis parte a ceteris diſiuncta ædificiis fuit nullo modo ignis eo penetrare ualuit• Extra uero menia etiam Barbari cuncta incenderunt præterq̄ ſancti Iuliani templum ac domos ei proximas ubi legatos diuertere contigit• Menia uero ipſa nuſq̄ actigerunt• Legati paulopoſt rurſus ad Coſroem uenientes hæc dixerunt• Niſi coram te o rex uerba forent nunq̄ exiſtimaremus Coſroem Cabadis fi

lium fines Romæoꝝ armis inuadere iuſiurandum nuper adibitum quod
inter homines ſupremũ ac firmiſſimũ fidei pignus eſſe uidetur irritum fa-
ciendo / tum fœdera ſoluendo / quoꝝ ſpes ſola relicta non tuto inter belli
incomoda uiuenti: Nec aliud hoc eſſe quis dixerit q̃ hominũ cultum in fe-
rarum uitam cõmutare • Nam ſi concertantes nunq̃ inter ſe cõuenirent in
finitum omnino bellum eſſet / quod ſi finem non eſt habiturũ de ſtatu ho-
minũ ac naturæ eos qui in illo ſunt occupati eſt aptũ dimouere: quod aũt
pauloante ſignificare per litteras querebaris fratrem tuũ Iuſtinianũ primũ
fœdera ſoluiſſe: ſane reſpondimus ꝙ ſi nihil ille admiſit non fas te nunc cõ
tra nos uenire • Si autẽ aliquid tale ab illo fieri contigit tibi hactenus licue-
rit: noli ulterius nobis querendi occaſionem prebere ut melior illo uidearis:
qui enim in malis inferior idẽ in bonis iure ſuperior apparebit quanq̃ nos
ſcimus Iuſtinianum Imperatorem nunq̃ contra pacem ueniſſe • Te igitur
rogamus ab his in Romæos abſtine iniuriis: unde Perſis nullus proueniet
uſus: tu uero hec tantũ lucrabere ut nefanda opera in tuos nuper fœdera-
tos minime perpetrando ex offitio facias • Hæc a legatis dicta ubi Coſroes
audiuit inſtando adfirmare conarus eſt a Iuſtiniano initiũ maloꝝ proue-
niſſe nõnullaſqꝫ cauſas quas ille prebuit cõmemorauit: quarum aliquæ de
fenſione dignæ: nõnullæ friuolæ ſatis ac contemnendæ maxime ipſius epi-
ſtolas belli cauſas oſtendi petebat quæ ad Alamundarũ & Vnnos ab eo cõ
ſcriptæ eſſent ſicuti mihi ſupra narratur Virũ quidem Romæũ in Perſarũ
fines ingreſſum uel hoſtile aliquid perpetraſſe dicere aut oſtendere non ha
buit / Legati enim cauſas partim non in Iuſtinianũ ſed in quoſdã miniſtros
retulerunt: partim uero dicta non ſic eſſe exceperunt • Deniqꝫ multam pecu
niam Coſroes a Romanis petens ſane oſtendebat non in perpetuũ pacem
ſe facturum • Amicitia enim ob pecuniam inter homines facta cum eadem
abſumpta conſumitur • Oportet igitur inquit ille certum dare quotannis au
rum ut firma ſit in futurum pax: ſic Perſæ caſpias cuſtodient portas: nec ex
his aut ob ciuitatem eoꝝ Daras aliquid incõmodi patientur Romæi • Ergo
dicunt legati tributarios Perſæ habere uolunt Romæos? Minime inquit
Coſroes ſed milites ſeruos habebunt in futurũ Perſas Romæi certam ſerui-
tii operam exhibentes: qm̃ & Vnnis quibuſdã & Saracenis annuũ aurum
prebetis: non tributi debitores exiſtentes ſed ut ueſtros fines incolumes in
omne tempus cuſtodiant • Hæc itaqꝫ inter ſe Legati & Coſroes diſceptantes
in hoc demũ cõuenere ut Coſroes in pñs • l • milia numũ aureoꝝ ac totidem
perpetuo ſingulis annis accipiat neqꝫ ipſos ulterius laceſſere deberet • Atqꝫ

hoc modo Legati firma in futurũ fœdera fore pollicentes opſides dederũt. Tunc rex cũ Legatis ac toto exercitu Seleuceam ciuitatẽ marittimã. cxxx. ſtadiis ab Antiochea diſtantẽ uenit hic uero neminem Romæoꝝ inueniẽs aqua marina tantum lotus ſoli ac aliis quibus uoluit diis ſacrificauit; inde in caſtra perueniens ſe maxime cupere ciuitatẽ uicinam Apameam inuiſere dixit: conceſſerunt id egre legati hac conditione ut ip̃e urbem ſpectaret & inde argenti libras mille ferret: deinde nihilo turbato retro adequitaret: Nam pro comperto idem habebant regem ea tantũ de cauſa illuc uelle ꝓficiſci ut ſumpta nõ digna excuſatiõe & ciuitatem & agrũ popularet. Tũc

Daphne opp. Daphnem uenit Antiocheæ ſuburbanũ ubi nemus amenũ fontib9 aquaꝝ irriguũ/ceteraq; digna opere mirando conſpiciuntur hinc ubi nymphis ſacrificauit abiit: ſaluis ceteris: tm̃ Michaelis archangeli templum cum quibuſdam domibus incendit ex hac cauſa. Vir quidam Perſa equo inuectus in exercitu Perſaꝝ clarus ac Coſroi notus in locum precipitem circa Tretũ appellatum uenit cum aliis nõnullis ubi templum eſt Euaridis Architecti opus: hic iuuenem Antiochenũ nomine Aimachum: arte laniũ ſolũ abſcõditum adſpiciens relictis ſotiis perſequitur ille fugiens lapide hominem in fronte petit: quo ictu cadentem protinus idem enſe iugulauit: ac armis & auro ſi quid habebat ſpoliauit e quo deinde cõſcenſo abiit qui ſiue fortuna ſeu locoꝝ uſu fretus celare inimicos ac fugere tutus potuit. Hæc Coſroes diſcens ac dolens templum uti ſupra memoraui iuſſit incendi. Poſt hæc cum

Apud Apameam ps crucis. exercitu Apameam uenit ubi ꝑras crucis dominicæ magnitudine cubitali uiſitur ab homiue Syro huc clam delata: quam Oppidani magnam eius loci tutelam eſſe exiſtimant ac uenerantur Theca ei condita lignea/ quam auro multo ac gemmis: tribus ſacerdotibus cuſtodiendam tradiderunt: inſuper quotannis certa die adorant. Tunc itaq; Apamienſis populus uidens Perſaꝝ exercitum ad ſe uenire in magna trepidatiõe fuere Coſroemq; audientes ut minime promiſſis maneret/ Thomam urbis preſulem adeuntes rogauerunt crucis lignum eis oſtendi ut eo uiſo feliciter morerentur. Ille uero

Mirandum: quum eis morem geſſiſſet ſpectaculũ fieri contigit ſermone ac fide maius. Præſule enim id tenente ignis iubar ſupra ferebatur unde in templi tholo ſplendor preter ſolitum apparens illum continuo circũeuntem ſequebaẽ.

Ioannes zib9 Poſt hæc Iuſtinianus ad Lazos cum magiſtratus alios tũ Ioannem Zibũ cognomento miſit hominẽ ſane obſcurum ac ducem factum non ob aliam cauſam q̃ ꝙ omniũ hominũ peſſimus ac pecuniæ redditus undecunq; uel contra fas repperiret qui Lazoꝝ ac Romanoꝝ res omnis magnopere turba

bauit Is Iuſtinianũ induxit ad excitandũ in Lazis ciuitatẽ nomine Petrã Petra Lazoꝝ
ubi ip̃emet tanq̃ in arce permanens res Lazoꝝ improbe adminiſtrabat·Nã
ſalem & alios cõmeatus Lazis neceſſarios in Colchoꝝ terrã mercatoribus
importare nõ licebat: ne ue aliud inde exportari: ſed ip̃e monopoliũ tm̃ fa-
ctitabat omnibus officinis prefectus erat omnia ſolus emens ac eadem Col
chis uendens nõ uti mos erat ſed uti uolebat:qua de cauſa Barbari illũ pre-
eſſe ſibi egre ferebant quem ferre nullatenus uolentes de deditione ad Coſ-
roem & Perſas cogitauere·Q ua ꝓpter legatos clam Romæis ad eũ mittunt
quibus ante omnia mandant ut iureiurando accepto caueant ne Romæis Lazoꝝ legati
rurſus tradantur·Igitur hi in regis conſpectũ uenientes hec dixerunt· Si ad Coſroem·
quos ullo tempore ſubditos ad homines ſane impios quomodocũq; defici-
entes: fortuna quanq̃ immerentes ad priſtinos dominos feliciter reduxit:ta
les eſſe nunc Lazos maxime rex exiſtima Colchi enim Perſaꝝ ſotii ſup̃iori-
bus tẽporibus exiſtentes multa eis cõmoda attulere Ip̃iq; pariter receperũt
quoꝝ monumenta plurima in litteris nos habemus quanq̃ in tuis regiis in
preſens ſeruantur: tempore uero poſt ſiue a uobis neglecti ſiue alia de cauſa
nõ ſatis ſuper his exploratũ habemus/cũ Romæis fœdera iniuerunt·Nunc
uero & nos & omnẽ noſtrã regionem o rex uobis tradimus ut his ex ueſtra
poteſtate utamini·Tantũ rogamus ut ita de nobis conſideretis Si quidem
nihil graue a Romæis paſſi ſed erga eos ingrati ad uos confugimus:has no
ſtras preces reicite nõ uobis fideles eſſe Colchos aliqñ putãtes amicitiæ tm̃
diſſolutæ mores poſt illam ad alios cõuerſæ erunt argumento·At ſi ſermo-
ne quidẽ Romæoꝝ amici : reuero captiui ac ſerui facti alioquin fideles opa
paſſi ſumus ab his qui tyrannidem uobis exercuerũt impia· Recipite nũc
ſeruos quos amicos ante habuiſtis : Odio perſequimini crudelẽ tyrannidẽ
uobis ac iuſtitia ueſtra digna facientes · Nõ enim ꝙ ipſe nihil iniuſte faci-
ens iuſtus eris ꝓpterea niſi eos qui ab aliis iniuriam patiuntur ſi tibi pote-
ſtas erit non defendas·Singula enim dicere que contra nos auſi ſunt execra
biles Romæi:non ab re fortaſſe narrare· Imprimis noſtro regi ſpetie tm̃ re-
gni relicta ip̃i rerum poteſtatem uſurpati ſunt· Iacetq; rex in miniſtri ſorte
ducis metuens imperium: exercitum nobis magnũ induxerunt nõ ut regio
nem a Graſſantibus cuſtodiãt: quũ nullus uicinoꝝ nobis preter Romæos
noceat: ſed ut nobis uelut in carcere uinctis noſtris potiantur rebus como-
diorem ſic noſtroꝝ bonoꝝ rapinam fieri exiſtimantes· Vide inſuper in quã
uenerint cogitationem: ut ea que ad uſum ſuperuacanea apud illos eſſe cõ-
tingunt:miſeros Lazos uel nolentes emere cogũt/que uero Lazoꝝ terra ad

uſum rerum optima fert fide ex nobis mercari contendunt: prætio uolunta
te magis potentiū indicato: Sic cum neceſſariis omnē etiam pecuniā a no
bis auferunt ſub honeſtæ mercaturæ nomine nos noſtraq; uiolando. Pre
ficitur nobis non rector imperii: ſed uilis inſtitor noſtra tanq̄ in officina
quadam negotiando. Nobis igitur rebellionis cauſa huiuſcemodi exiſtens
ius faſq; uti uidetis pre ſe ferre uidetur. Nunc uero quanta uobis ex noſtra
acceſſione ſi nos recipiatis utilia prouenient dicemus. Regnū imprimis an
tiquiſſimū Perſaꝝ imperio adicietis: ex eoq; prorogatam late dominationē
optinebitis: ex noſtra item regione Romæoꝝ mare exercere poteſtas erit
ubi ſi o rex naues comparabis facile tibi fuerit ad palatium uſq; Conſtan
tinopolitanū percurrere: quum nihil intermediū obſtet. Adde ꝙ in uobis
etiam erit ut uicini Barbari ſingulis annis Romanoꝝ fines populabuntur.
Montibus enim caucaſiis munimentū uſq; huc Lazoꝝ fieri regionem om
nino ſcire poteſtis. Duce igitur iuſticia & utilitate ſuadente noſtros ſuſcipi
te ſermones: quos profecto neglectos ex nullo uobis uſu putamus eſſe. Ha
ctenus legati. Coſroes autem his lætatus ferre auxiliū Lazis promiſit: lega
toſq; interrogauit ſi cum magno exercitu Colchidem adire poſſit: qm̄ a plu
ribus accepiſſet ꝙ difficilis hec aditu uel expedito eſſet ob loca uehementer
prerupta tum arboribus denſis ac continuis iterq; omne obumbrantibus.
Illi uero omni Perſaꝝ exercitui facilem fore uiam dixerunt ſi arbores inci
dentes ad loca ꝑrupta deicerent cuius ſeſe duces Perſis futuros pollicerenť.
Hac igitur monſtratione Coſroes erectus multum congregauit exercitum
ſeq; ad iter adcinxit minime Perſis prodito conſilio preterq̄ quibus archana
cōmunicare cōſueuit: legatiſq; denuntiauit ne quid & ipſi geſtoꝝ inter eos
efferrent ſed in Iberiam orientalem ſe iturum ſimularent ut hic res conſtitu
turus ꝙ gentem Vnnicam diceret in Perſaꝝ fines irrupiſſe. Inter hec Beli
ſarius in Meſopotamia undecunq; exercitū conſcripſit ac certos exploratū
regionem miſit. Ipſe autem hic hoſtibus occurrere uolebat ſi quam rurſus
excurſionem in fines Romæoꝝ feciſſent. Ibi deniq; milites diſpoſuit nudos
atq; inermes ex magna pte exiſtentes: ac Perſaꝝ nomina horrētes. Interim
exploratores reuerſi nullam hoſtium irruptionem eſſe: in bello tm̄ Vnnico
Coſroē occupatū nuntiant. Beliſarius hec audiens ſimulq; uidēs Aretham
cū multo Saracenoꝝ exercitu uenientem tum Imperatorem ei per litteras
precepiſſe ut hoſtilem ſubito inuaderet cum toto exercitu irrumpere decre
Contio Beliſarii. uit: prius tm̄ prefectos omnis apud Daras hæc eſt adlocutus. Vos omnis
cōmilitones iamdudū belli peritiſſimos uidi: tm̄ in pn̄s coegi nō uti exorta

tionem aliquam facturus ueſtros animos in hoſtes magis impellam quum non oratione apud uos opus eſſe certo ſciam quæ uos faciat audentiores: ſed ut in bellum ituri conſilium ineamus ac potiora ex omnibus quæ ue ex re atq; uſu Imperatoris noſtri ſint magis eligamus• Bellum enim præter cætera ſana ac diligenti conſultatione adminiſtratum feliciter ſuccedere ſolet• In quo ante omnia deliberaturos uos ab omni pudore ac metu uacuos eſſe decet• Timor enim mentem agens attonitam non ſinit utiliora decernere• Pudor uero ſępe adumbratam bonoꝝ opinione cogitationem in contrariã deducit ſententiam• Si quid igitur uel Impetatori uel mihi deliberatũ eſſe ſuper rebus inſtantibus uobis uidetur hanc omnino abicire opinionẽ• Quũ ille procul a rebus noſtris geſtis exiſtens non ualeat occaſionibus actiones adcomodare: ex quo timor ei nullus contra ipm̃ euntes rebus nocituros fore• Me autem & hominem exiſtentẽ: nec longo iam tempore ex Italia huc uenientem non latere aliquid ex his quæ ſunt factu opus: conſentaneũ nõ eſt• Quamobrem meam minime reſpicientes ſententiam uos hodie decet quæcũq; & nobis ipis & Imperatori noſtro ſalubria ſint audacter enarrare• Nos eni cõmilitones huc abinitio uenimus ut excutſum hoſtilẽ in noſtros fieri fines prohibeatis: nunc uero rebus nobis præter ſpem melius ſuccedẽtibus ſupet eſt de his conſultare ob quæ nos eſſe congregatos fas puto: nihil prorſus uerentes quæcũq; utiliora uideantur manifeſtari: eo ꝙ Beliſarius ſuis præfectis ſic dixit• Mihi namq; animus uolenti non etat in omnes quæ cognoſco efferri• Sermo enim in caſtris circũlatus archana conſetuare non nouit: ꝙ uelociter ꝑcurtens uſq; ad inimicos diffunditur• Videns autem multos ex uobis deſidia quadam euntes & quemlibet belli Imperatorẽ eſſe cupientẽ• Dicam quæ oportet illud imptimis inferendo ꝗ in exercitu multis libera utentibus uoluntate fieri aliquid pulchtum aut gloria dignũ non poterit• Exiſtimo igitur Coſtoem aduetſus alios euntem Barbaros ꝓptiam regionem non ſine idoneo præſidio relinquat: ſed & in hac ciuitate Niſibi quæ prima eſt inter omnis milites tot numero ac tales uirtute conſtituit ut apti ſint noſtris irruptionibus reſiſtere: quum præſertim ducem habeant Nabadem qui ſecundũ Coſroem ipm̃ glotia: cetetaq; exiſtimatione primus apud Perſas eſſe uidetur ac puto noſtrum exercitum inuadet: nec exitum nobis alia uia q̃ prœlio ſupatus daturus• Si quidem ꝓpe ciuitatem pugna fuerit non ex æquo nobis ac Perſis cettamen erit• Ipi nanq; ex loco munito exeuntes ſi uincant cum magna nos audacia inſectabuntur: ſi uincantur: facile noſtram inſectationem fugient ꝙ hæc breuis admodũ fuerit in ciui-

tatem ſe ſtatim recipientibus quam in expugnabilem militibus eam deſen
dentibus uidetis: ſi autem hoſtiũ nobiſcum ad manus uenientiũ potiamur
multa mihi ſpes eſt ciuitatẽ capiendi: fugientibus enim inimicis uel ſimul
cõmixti intra portas ut par eſt & nos irruemus uel nos eos preueniẽtes in
alteram cogemus confugere regionẽ. Niſibim uero ſine defenſoribus facile
conſequemur. Hæc Beliſario dicente ceteri obtemperauere ac cum ipſo in
caſtris manſerunt. Petrus autem Ioannis amicus illius qui militum in Ar-
menia dux non paruam admodũ exercitus partem habebat non procul a
menibus ſtadiis decem quietus manebat. Beliſarius autem & eos qui ſecũ
erant in acie ordinauit & his qui cũ Petro erant mandauit ut in pugna pa
rati eſſent donec ipſe ſignificaret: ac probe animaduerterent quẽadmodũ
Barbari circa meridiem in ipſos exibunt: quoniã ipſi in diei ſerũ cibũ cape-
Romæi circa meridiem cibũ capiunt. re conſueuerunt. Romæi uero circa meridiem. Beliſarius igitur hæc admo
nebat/ at illi qui cũ Petro erant mandata deſpicientes circa meridiem ſole
grauati (nam urbs ea uehementer æſtuoſa exiſtit) & arma poſuerunt & ini-
micos minime curantes ficus hic ortos nullo ordine comedebãt: quod Na-
bades animaduertens multo curſu in eos cum exercitu contendit. Romæi
autem quum e menibus exeuntes Barbaros uidiſſent (nam clare cõſpici ut
in campo accliui euntes poterant) ad Beliſariũ miſerũt rogatũ ut eis ſubue
niat. Ipſiq; ſic ut erant inconditi atq; imparati multo tumultu occurrerunt.
Qui autem cũ Beliſario erant nõdum accepto nuntio Perſaꝝ motũ ex pul
uere uidentes curſu auxiliũ ferebant. Perſas uero interim irruentes Romæi
minime ſuſtinentes in fugam ſunt uerſi. Hoſtes uero inſequentes rapto ex
Petro ſignifero uexillo ex eis quinquaginta interfecere. Omneſq; proculdu
bio periiſſent niſi Beliſarius & qui cũ eo erant exercitus laborantes excepiſ-
ſent. Primos nanq; omniũ Gothos cũ denſis ac longis haſtis uenientes Per
ſæ non ſuſtinentes in fugam ſe uerterunt: quos Romæi ſimul cum Gothis
inſequentes. cl. interfecerunt: breuiterq; durante perſecutione hoſtes intra
menia ſe receperunt. Tunc autem Romæi omnes in caſtra Beliſarii reuerte
runt. Perſæ autem poſtera die in turri quãdam ſigna Petri ablata loco tro-
pæi conſtituentes in inimicos cum riſu inſultauere: exire rñ non audentes
ſe in ciuitatis preſidio tenebant. Beliſarius quoq; quum Niſibim uideret na
tura loci munitam admodũ exiſtentẽ deſperata expugnatione ulterius ire
maturauit ut ex curſu inimicis officeret cumq; toto exercitu unius iter diei
Siſauranum pergiſſet incidit in arcem quam Siſauranũ uocant. Perſæ hic coloni q̃ plu
res & Perſaꝝ equites octingẽti in ꝑſidio erãt q̃bus uir nobilis Beleſmaches

præerat•Romæi itaq; ꝓpe caſtrametantes arcem obſidebant/ac impetum
in menia facientes repulſi fuere plures tñ interficientes• Nam & muri inex
pugnabiles munitione & a Barbaris acerrime defendebanť: quãobrem cõ
uocatos ad ſe Præfectos Beliſarius hæc eſt adlocutus• Multoꝝ experiẽtia Contio Beliſarii•
belloꝝ cõmilitones dedit nobis & in rebus dubiis futura poſſe conicere &
deliberando deligere potiora•Scitis igitur quantũ eſt periculũ exercitũ in
hoſtilem multis poſtterga munitiſſimis locis multis etiã in his fortiſſimis
uiris relictis ꝓficiſci ſicuti & nobis in pñs contingit: quos relicta Niſibi ul
terius procedentes nonnulli hoſtes clam inſecuti in oppidis ex inſidiis de
prendere conantur in quos ſi forte inciderimus : ad pugnam uenire opus
erit•In medio igitur conſtituti ac utrimq; oppugnati indigna profecto pati
periculum fuerit: ꝙ ſi forte in pugna inferiores fuerimus reditus uobis in
patriam omnino interclusis nulla uia patefiet•Ne nunc ſtulto utentes con
ſilio nos ipſos ſpoliaſſe uideamur neq; contentione res Romæorum perda/
mus Inſulſa enim audacia in exitiũ ducit: prudens uero cunctatio ſarua/
re ſatis eſt apta• Quare cenſeo ut nos hic ad arcem hanc obſidendam conſi
ſtamus Arethas cũ ſotiis ad oppida Syriæ proficiſcatur•Saraceni enim ex/
pugnare menia minime ſunt apti at excurſiõibus ac prædis habiles : ſimul
ſecum adſumptis militum fortiſſimis nonnullis : ac nullo fortaſſe reſiſten
te omnia populentur ſi in potentiores incidenꞇ facile ad nos reuertendo in
columes ſeruabuntur• Nos uero ſi deus dederit hanc arcem capere ſic cum
toto exercitu Tigrim traiciemus ut non retro metuentes inſidias res Aſſy/
riorũ quo ſe loco habeant proſpicere poſſimus• Hæc Beliſarius dicens ꝓbe
uiſus eſt omnibus cõſultaſſe Arethã itaq; cũ ſuis in Aſſyriã ire iuſſit cũ eoq;
milites mille ac ducentos : Doriphoros itẽ duos Traianũ & Ioannẽ Phagã
cognominatũ ambos in bello claros quibus præcepit Arethæ in omnibus
obtemperarent• Ipſi uero Arethæ ut in procinctu omnia excurrat ac in ca/
ſtra reuertantur: nuntiareq; ſi quis Aſſyrioꝝ exercitus appareat • Igitur hĩ
Tigrim tranſmittẽtes inter Aſſyrios conſtitere: ubi optimã reperiẽtes regio
nẽ/ac longo tẽpe ab hoſte incolumem & in cuſtoditã excurſiõe multa ꝑdãtes
oppida magnas adſecuti ſunt opes• Tunc Beliſarius quoſdã Perſas cõpren/
dens nihil eſſe in arce ad uſũ neceſſarioꝝ omnino didicit • Nõ enĩ ſũt apud
Daras & Niſibim in publico cibaria depoſuerãt: ſed inimicoꝝ exercitu ex/
improuiſo in eos irruente illoꝝ ꝑtem exportauere/ſubito aũt pluribus in ar
cẽ fugiẽtibus neceſſarioꝝ penuria ut par erat ꝑmebanť: quod Beliſarius ani
maduertens Georgium uirũ prudentiſſimũ/ac eius Archanoꝝ participem

miſit hos homines tentatũ ſi qua conditione poſſet oppidũ accipere•Geor-
gius autem iuſſa faciens multa eos blãditia palpando induxit ut accepta
fide de ſalute ſeq; ac arcem dederẽt Romæis•Sic itaq; Beliſarius Siſaurano
Siſauranum capere• potitus menia ſolo æquauit colonos omnis xp̃ianos ac olim e ſtirpe Romæ
os exiſtentes illeſos dimiſit•Perſas uero ſimul cum Bleſchamo duce Byzan-
tium miſit: quos Iuſtinianus poſtmodum in Italiam contra Gothos pug-
naturos ire iuſſit• Et hæc quidem quo ad Siſauranoꝝ arcem ſic ſe habent•
Arethas autem timens ne a Romæis eius Præda caperetur non amplius
in caſtra reuerti uolebat• Mittens itaq; e ſociis quoſdam explorandi gratia
iuſſit clam ſubito reuertentes ſignificarent an aliquis inimicoꝝ magnus ex
ercitus apud fluuii tranſitum conſiſtat• Quaꝓpter Traianum & Ioannem
admonet alia euntes uia in Romæoꝝ terram reuerti• Ad Beliſarium igitur
non amplius uenerunt habentes Euphratem fluuium dextrorſus ſic in ur-
Theodoſia urbs• bem Theodoſiã prope Aborram fluuiũ iuere• Beliſarius uero ac Romæoꝝ
exercitus nihil de hac expeditione audientes: in formidinem ac ſuſpitionẽ
Aborra flu• quidem nõ mediocrem uenerunt• Tempore igitur iam longo in ea obſidio
ne conſumpto contigit multos hic xp̃ianos febre maligna corripi ꝗ Meſo-
potamiæ præſertim pars illa Perſis finitima ſit omnis uehemẽter æſtuoſa:
ubi minime adſueti Romæi ac e Thracia ualde huic ob frigus contraria
uenientes in oppido tam ſolis ardoribus obnexio & tuguriis quibuſdam
ſuffocantibus æſtatis tempore uiuentes ſic ualitudinarii ſunt facti ut tertia
fere pars exercitus ſemiſepulta iacuerit•Omnes igitur inde diſcedere: ac do
mum reuerti maturauerunt maxime uero omnium Beliſarii militum Præ-
fecti Rhecitangus & Theoctiſtus uidẽtes ꝗ Saracenoꝝ ſtipendii tempus
præteriiſſet• Igitur Beliſarium frequenter adeuntes miſſionem poſtularũt•
Quamobrem Beliſarius omnis aduocans Præfectos conſilium indixit: ubi
Ioannes Niceti ſurgens hæc ait• Optime Beliſarie nullum unq̃ neq; fortu-
na neq; uirtute ducem æque atq; tu es me uidiſſe fateor qui gloria reꝝ
geſtarum non ſolum Romæos ſed Barbaros omnis uiciſſa • Hanc itaq;
famam diligentiſſime conſeruabis ſi nos uiuos in Romanorum ditionem
perducere poteris ſicuti nobis omnibus ſpes eſt • De hoc enim exercitu
ſic habes conſiderare• Saraceni quidem ac milites quoq; fortiſſimi Tigrim
flumen traicientes nõ uideo quomodo die ſuperiore ad hoc fortunæ perue-
nerit ut neq; nuntiũ mittere aliquẽ ad nos curauerint Rhecitãgus & The-
octiſtes dubitãt uti plane uides ſtatim Alamũdari exercitũ in Phœnicibus
mediis eſſe ac ibi oppida oĩa populari•Præterea ex hic relictis tot ſũt ualitu

dine correpti ut longe pluréſq̃ miuiſtri aut ſerentibus impediměta exiſtāt•
His igitur ſic exiſtentibus ſi quid hoſtile uel ibidem manentibus uel retro
euntibus nobis occurrerit/ nullus caſum Romæis apud Daras exiſtětibus
nuntiare poſſet• Nā ulterius ꝓcedere rōne nō facile poſſe nos exiſtimo: do
nec igitur ſpes aliqua relinquatur quæ ſunt ad reditum cogitandum • His
autě qui in huiuſcemodi ſunt cōſtituti periculis de hoſte inuadědo potiuſq̃
euitando meditari ſumna ſtulticia • Hæc Ioannem dicentem ceteri lauda
uere/ in tumultūq; excitati reditum poſtulabant• Qua proprer Beliſarius
egrotis primum in curribus poſitis exercitum retro conſequi iuſſit• Vbi pri
mum in finibus Romæorū fuere de geſtis ab Aretha certior factus nullū
tamen eum iuditium ſubire uoluit ꝙ in conſpectum nōdum ueniſſet•Ro/
mæorum igitur irruptio hunc habuit finem• Coſroi interea Petram capien
ti nuntiatur Beliſarii in Perſidem ingreſſus & apud Niſibim pugna & arx
Siſauranoꝝ amiſſa & quicquid rerum Arethas ultra Tigrim penetrando
geſſerit: ſtatimq; præſidio relicto ipſe cum reliquo exercitu ac Romæis ca/
ptiuis in Perſidem reuertit • Hæc autem in ſecunda Coſrois expeditione
fieri contigit• Beliſarius deinde a Iuſtiniano Byzantium reuocatus ibidem
Ibernauit• Vere poſtea ineunte Coſroes tertiam in Romæoꝝ regioně irrup
tionem maximo fecit exercitu Euphratem dextrorſus habens • Candidus
autem Sergiopolis Præſul poſtq̃ Perſarū exercitum prope menia perſpexit Sergiopolis
timens & ſibi & ciuitati ꝙ pacta inter eos priora non ſeruauerit : ſeſe ultro
excuſans Coſroi occurrit : ac rogans ne propterea ciuitati ſit iratus : nam
ei pactam pecuniam nunq̃ fuiſſe : quam ei pro redemptis Surenis uti ſu/
pra cōmemorauimus debebat • Coſroes autem ipſum in cuſtodiam duci ac
eius corpus probris omnibus adfici pecuniam deinde duplam atq; prius
conuenerat exſolui iuſſit • Ille uero Sergiopolim aliquos mitti rogauit qui
omnem præcioſam templi ſuppellectilem auferrent : cum quibus etiam
alios ipſe miſit • His Sergiopolitani quecunq; ſunt iuſſa tradiderunt : ſibi
nihil aliud relictum dicentes • Quumq; Coſroes non ſatis hoc eſſe diceret
aliaq; expeteret : aduc alios de bonis eorum nomine quidem ueſtigatum
miſit : re autem uera ut Vrbem caperet • Sed quando diuinitus datum
non erat ut ea potiretur : quidam e Saracenis Chriſtianus alioquin ſub
Alamundaro militans Ambrus nomine nocte per muros aſcendens om/
ne conſiliū ciuibus nuntiauit ſuaſitq; nullatenus Perſas in urbě recipiědos•
Sic igitur a Coſroe miſſi ſine effectu reuerterunt: quamobrem idem urbem

euertere ſtatuit : ꝑtinuſq; exercitu ſex milium miſſo menia obſidere atq; op
pugnare cepit • Sergiopolitani autem fortiter ab initio reſiſtentes deinde
periculum metuentes ciuitatem hoſti dedere decreuerunt • Milites enim
amplius quã ducenti erant : Sed Ambrus rurſus ad menia noctu ueniens
Duorum tantum ſpatio dierum Perſarum obſidionem duraturam dixit a-
qua eis deficiente : quapropter illi nullatenus in ſermonem cum hoſte uene
runt : interim uero Barbari premente ſiti inde diſcedentes ad Regem ue-
nerunt qui Candidum aduc non dimiſerat : oportebar enim exiſtimo il-
Sergiopolitani obſidione liberati• lum tanq̃ periurum a ſacerdotio deici • Et hæc quidẽ ſic ſe habuere • Poſtq̃
uero in Comagonorum regionem quam Euphratiſiam uocant Coſroes ue
nit ad urbis ſuppradictæ expugnationem amplius non redire decreuit: ſed
eximprouiſo uſq; ad Syros partim ciuitates capiendo : partim pecuniam
imperando ibat uti mihi ſupra narratur • In animo quoq; habuit recta in
paleſtinam tendere ut cum alia : tum Hieroſolymitani templi ſacram ac
præcioſam ſuppellectilem prædaretur • Hanc enim regionem bonam tum
colonnis auri diuitibus cultam audiuerat • Romanorum autem præfecti
& milites inimicis occurrere / uel eunti eſſe impedimento nullatenus ſta-
tuerunt : tantum loca hoſtilia capientes ut quilibet poterat eadem cuſtodi
re ac ſeruare ſatis eſſe putauere • Interea Iuſtinianus audiens ueram Per
ſarum expeditionem rurſus Beliſarium contra ipſos miſit • Is igitur equis
publicis inuectus quos Veredos uocant ſine quibus exercitus non erat
Veredi æqui publici• celeriter in Euphratiſiam peruenit • Iuſtus autem Imperatoris fratris fili-
us Hierapoli quo confugerat una cum Buze & aliis quibuſdam erat qui
audientes Beliſarium hic procul eſſe litteras ad eum in hanc ſententiã ſcri-
pſere• ¶ Coſroes uti plane ſcis contra Romanos rurſus uenit exercitum lon
Epl̃a• ge priore maiorem adducens: ſed tu uelociter ad nos propera ſi quidẽ potes
clam inimicis ut & tu te imprimis deinde nos una cum Hierapoli incolu
mes ſerues • Beliſarius his litteris perlectis eoꝝ conſilium ac timorem mini
me collaudans ſtatim in Europum oppidũ peruenit quod ꝓpe Euphratem
Europũ opp• eſt ſitũ: ibiq; collecto undecũq; exercitu caſtrametat⁹ Hierapolis præfectis
hec reſcribit• Si quidẽ aduerſus alios hoĩes q̃ Romæoꝝ ſubditos Coſroes ꝓ
Epl̃a• ficiſcereť bene ac tuto uobis conſultũ: ꝗbus ꝓcul a malis tm̃ qetis eſſe licet
quũ in periculũ nõ neceſſariũ ſpõte ſe obtrudere magna ſit clemẽtia• Si aũt
nũc Barbarus inde diſcedens aliã Imperatoris noſtri regionẽ inuadit & hãc
quidẽ optimã & ſine p̃ſidio ſcitote ꝙ longe preſtat cũ metuat pugnãdo ꝑire

q̃ ſine certamine turpiter incolumen ſeruari quũ hæc ꝑditio potiuſq̃ ſolus appellari poſſit· Sed uos huc ꝓrinus ad Europum uenite ubi omnẽ quẽ in his deus exercitũ parauit inſtruẽdo ſpem habeo inimicis negotiũ faceſſere· His Præfecti acceptis gauiſi magnopere in fiduciam uenere/ac ibidem Iuſto cum paucis aliis ad præſidium relicto ipſi cũ reliquis ad Europum uenerunt · Coſroes autem quum accepiſſet Beliſarium caſtra ibidem locaſſe non ulterius proceſſit: & Abandanem unum e regis ſcribis opinione prudentiæ clarum ad Beliſarium ubicunq; fuerit mittit conqueſtum ꝙ Imperator Iuſtinianus Legatos ad Perſas minime miſerit qui de pace conditiones confirment: quod Beliſarius diſcens hæc egit· Ipſe quidem ſex millium delectum uiroꝝ forma præſtanti ac procera: quos procul a caſtris tamq̃ uenaturus miſit· Diogenem uero Donphorum ac Adolium Acacii filium genere Armenum ac in palatio Imperatoris ad ea quæ ſunt quietis miniſtrũ: quod munus Romæi Silentiarium uocant: tunc Armenioꝝ quorũdam ducem cum equitibus mille ripam Euphratis circũagere iuſſit: ſpetiem continuo opinionemq; hoſtibus præbendo iamiam Euphratem tranſeundi/ac eoꝝ fines inuadendi· Ipſe poſt hæc ubi Legatum propinquare audiuit ſubito tugurio ex craſſis aſſeribus compacto quod papilionem uocant ibidẽ reſidebat ut in oppido deſerto quaſi nihil ad uſum habẽte ſe eſſe indicaret: militeſq; hoc modo diſpoſuit: In parte altera tugurii Thraces atq; Illyrii fuere· Gothi uero poſt illos: deinde his proximi Eruli: Deinde Vandili ac Mauruſii campi plurimum implebant· Non enim ſtantes in eodem continuo loco manebant: ſed diſtantes inter ſe ac ambulantes tum negligentes admodum ac remiſſo animo in Legatum Coſrois reſpicientes nec inſuper ullus eoꝝ Chlamydem habebat ſed tunicas lineas more feminaꝝ induti ac ſuccincti: in manu quiſq; equi flagellum: arma uero fuere aliis enſis aliis ſecuris: quibuſdam nudus arcus: deniq; uenatorum ſpetiem præbentes ad feras laceſſendas ceteris neglectis properare uidebantur· Banadares igitur legatus in conſpectum ueniens Beliſarii rem indignam dixit eſſe ꝙ Cæſar ſic enim Perſæ Romæum uocant Imperatorem legatos ad eum de his quæ circa pacẽ cõuenerant nõ miſiſſet: qua de cauſa ipſe ſit coactus in Romæoꝝ agrum armatus uenire· Beliſarius autem neq; ut exoriens Barbaroꝝ tantoꝝ uicina caſtra neq; ulla mentis aut ſermonis perturbatione captus ridere cepit ac hilari uultu reſpondit· Nõ eadẽ inquit rõne q̃ Coſroi geſta ſũt res ab hominibus iudicanẽ· Nã & alii ſi quid a proximis cõrendũt legatos ad eos imprimis mittunt ubi uero ad æquũ nõ uenitur bellũ eis poſtremo inferũt·

Silentiarius

Ipſe autē iam cū armis in mediis exiſtens Romæis uerba impudentiſſime
de pace facit• His dictis legatū ab ſe dimiſit: q ad Coſroē reuertēs ei ſuadet
ut ſtatim ab armis diſcedat: nam ſe in ducem incidiſſe dicit fortiſſimum ac
omniū prudentiſſimū: & milites quales nunq̄ alias uiderit: quoꝝ ornatum
magnopere admiraretur: præterea non ex æquo periculo ipſi ac Beliſario
certamen: ꝙ tu fortaſſe uictor Cæſaris ſeruū ſuperabis: uictus uero magnū
tibi generiq; tuo dedecus paries: & Romæi quidem uicti facile in locis mu
nitis ac ipoꝝ regione ſeruabuntur incolumes• Si quid aūt Perſis acciderit
ne quidem nuntius calamitati ſuperit q hæc ad Perſas referat• His Coſroes
perſuaſus reuerti quidē cupiebat: uerū dubitatione multa anxius herebat
ſciens ꝙ fluminis trāſitus ab hoſte cuſtodiret• Deinde eadē uia hominibus
ac rebus omnibus deſerta redire facile nō erat ꝙ ab omnibus iam quæ ſunt
uſui neceſſaria deſtituerentur: quæ prius in bellum exiens ſecum habebat•
Deniq; multa cogitanti ſuccurrit regionē quæ trans fluuiū eſt omnino peri
clitantē percurrere & ac ita copiam ſibi rerū parare• Beliſarius uero cū toto
& ipſe exercitu fluuiū traiciens ad Coſroem ſtatim Legatos miſit qui poſtq̄
ad eū uenerunt multis eius ad ꝓpria reditum collaudantes Legatos etiam
dixerunt ſe Imperatoris ad eū expectare qui ea quæ de pace cōuenerunt ſe
dulo confirment: rogauerūt inſup ut tanq̄ amicus per Romæoꝝ agrū iter
faceret• Ille uero ſe facturū recepit ſiquidem obſidem de ſeruandis inter eos
pactis dederint• Legati ad Beliſariū reuertentes Coſrois uerba retulerunt•
Is uero Aedeſſam ueniens Ioannem Baſilii filiū genere ac diuitiis omnium
Aedeſſenoꝝ clariſſimū obſidis loco alioquin inuitū miſit• Romæi autē Beli
ſarium magnope laudantes longe magis probate ſunt uiſi q̄ quū Gelimerē
aut Vittigem captos Byzantiū duxit & ut uerū fateamur ſic erat• Formidā
tibus enim Romæis in arcibus cōſtitutis latentibus• Coſroe uero in mediis
eoꝝ terris cum maximo exercitu exiſtente: Virum ducem cum paucis qui
buſdam ueloci curſu e Byzantio inter hæc uenientem contra Perſaꝝ regem
caſtrametari ac eū ex improuiſo ipius uiri ſeu fortunā ſeu uirtutem metuen
tem uel etiā quibuſdam deceptū ſophiſmatis ac ſtratagematis non ulterius
tendere: ſed re tm̄ fugere: uerbo autē pacem poſtulare• Hæc quidē conſide
rantibus res eū magnas geſſiſſe facile apparebit• Inter hæc Coſroes iuſiurā
Callinicum urbs• dum ac pacta irrita faciens Callinicū ciuitatem nullo penitus defendente
cepit huius meniū Romæi ut conſumptoꝝ & debiliū partem iam ædifitio
reconcinnauerāt: tunc reliquam deiectam partē nōdū abſoluerant• Ditio
res uero ciues poſtq̄ hoſtes ꝓpinquare uiderunt præcioſiora ſecū exportan

tes in alia munita loca migrauerũt: reliq aũt ſine militibus ibidē remāſerũt tum agricolaꝝ magnus hic numerus cõuenit: quos omnis Coſroes captiuos ducens urbem ſolo æquauit: pauloq; poſt obſidem Ioannē recipiens domũ reuertit• Armeni aũt qui ei adeſerant: ſub fidem cũ Baſſace Byzantiũ uenerunt• Et hæc quidē in tertia Coſrois irruptione fieri contigerunt: ac Beliſarius rurſus ab Imperatore adcetſiuit Byzantiũ ut in Italiam iterũ mitterēt rebus iam ibi imperii collabentibus• Fuit inſup hiſdem tēporibus ingens peſtilentia cui remediũ nullum inuentũ: præterq̃ ex deo unde uenit quãq̃ multi adrogantes phyſiologiæ cauſas cõmentari contendanr uanas quidē omnis & inueſtigabiles tũcq; ſermone decipientes: hic enim morbus nulli neq; etati neq; ſexui neq; loco parcebat• Vndeq; initiũ habuerit aut quomodo perimebat referam• Cepit enim ab Aegyptiis qui apud Peluſium ſunt• Hinc uniuerſam terrã comprendit itinere ſemp procedens nullas reliquit locoꝝ latebras nec bis eadem corpora repetebat• Incipiebat aũt hoc modo• Phantaſmata dęmonũ multis hũana ſpetie uiſa ſũt: quot eni i ipa inciderēt percuti ſe ab aliquo uiro putabant morbuſq; ſubito irruebat: nõnulli ab initio uerbis ſanctis ac aliis ut poterant ſupplicationibus eum auertere fruſtra querebant: ac tanq̃ lymphati ſeu ſpiritu maligno agitati amicos uocantes minime audiebant: in locis quoq; anguſtis coercebantur: nõnullis uero in ſomnis hæc eadem accidebant• Corripiebantur enim ſtatim febre: calore coloreq; pariter corporis nuſq̃ mutatis: neq; ulla itē inflãmatio uti febricitantibus ſolet: ſed tuſſis quedam ab initio uſq; ad ueſperam; febris erit: adeo ut nullo adhibito medico nulliuſq; opinionē periculi preberent: Eodē uero die: nõnullis ſequenti; aliis non multo poſt tuber ſuccreſcebat aliis alibi: præterea qbuſdã ſomnus inerat pfundus: nõnullis acuta quædã ſtulticia & primũ quidē omniũ obliti rerum etiã cibum negligentes moriebantur: In ſtulticia uero corripi ſibi uiſi aut inuadi clamitabant auertenteſq; fugiebant: quoꝝ curatores & miniſtri dira atq; intolleranda patiebantur; adeo ut non minus ipi q̃ egroti miſericordia digni fuerinr: nõ quod morbo & ipi adficerentur nõ enim is contagione nocebat: ſed q furentes aut e lecto ſe pcipitare uolentes aut ad flumina ob ſitim proparare uolẽtes uix retinebãt• peribãt aliq eodē die nõnulli multis poſt dieb9• Tribus igiť mēſibus huiuſcemodi lues Conſtantinopoli præualuit: & ab initio quidē pauci deinde in ſingulos dies quinq;: ſepius etiã decem milia efferebantur: adeo ut plures etiã diuites miniſtris iam omnibus extinctis curatoꝝ penuria magiſq̃ morbo perirent: ſimulq; inſepulti remanerent• Quamobrem piiſſimi principis

De nouo gñe peſtilentiæ•

Morb9 is minime Contagioſus•

Iuſtiniani prouidentia/Theodorus huic curæ delegatur•Is enim reſponſionibus Imperatoriis præerat: continuo eidem ſupplicantiũ præces nuntiãs Referendariũ latini hoc munus appellant•Hic itaq; deſtitutis ope: ac miſeræ turbæ erogata pecunia auxilium publice præbuit•Iamq; in adflicta ciuitate artes officinæq; nullæ uidebantur: pluresq; ob metũ dimiſſo priſtina uiuendi formula nouos mores induerãt:religioniq; ſe ac deo dicabant:multi etiam e periculo elapſi ad priſtinam redibant uitam: dei contemptores•

Referendarii offitium•

Nunc ad inſtitutum prius ſermonem reuertar• Coſroes in Aſſyriis in oppidum Ardabigaram uerſus Hoream ibat hinc Romæorũ agrum per Perſarmenios inuadere cõſtituit•Hic magnũ Pyreum eſt quod Perſæ deorũ maxime uenerantur ubi ignem perpetuũ cuſtodiunt Magi ac alia diligenter ſacrificantes tum uaticinio in rebus maximis utuntur•Hic eſt ignis quẽ Veſtam olim Romani uocabant•Hic miſſus quidam e Byzantio Coſroi nunciauit•Conſtantianũ & Sergiũ legatos de concordia ſtatim uẽturos• Erant enim hi ambo Rhetores ac ualde prudentes:Conſtantianus quidẽ Illyrius Sergius ex Aedeſſa ciuitate Meſopotamiæ quos Coſroes expectans in pace manſit•In itinere autem Conſtantianum contigit in ualitudinem incidere tempore deinde poſt longo peſtilentia in Perſas demũ irruit•Nabedes autẽ qui tunc in Perſarmeniis Præfectus erat Enduliũ xpianorũ preſulem iuſſu Imperatoris ad Valerianum Armeniæ Præfectum miſit accuſatũ Legatorũ tarditatem ac Romæos omni ſtudio ad pacem hortatum• Is cum fratre ad Armenios ueniens Valerianũ conuenit ipſeq; erga Romæos tanq̃ xpianos dictirabat ſe erga eum egregia eſſe uoluntate: ac Coſroi omni diligentia perſuaſurus ut qñ Legati Romæorũ in Perſidẽ cũ ipo cõgredianť nihil ſit ipis impedimento in pace quomodo uelint diſponenda•Præſul hactenus: Præſulis uero frater clam Valeriano cõgrediens Coſroem in magnis eſſe malis dixit filium enim tyrannidi adſpirantem•Ipm uero cum toto exercitu peſtilentia correptũ: quapropter eum pacem expetere•Hæc ubi Valerianus accepit Epiſcopum ſtatim remiſit legatos promittens breuiter ad Coſroem uenturos• Ipſe uero ſermones quos audiuerat ad Iuſtinianum detulit: quibus Imperator ſtatim pmotus ipi & exercitui in hoſtilem irrumpere mandauit Non enim uidit q ipis ullus hoſtium impedimento foret:iuſſitq; congregatos in eodem omnes ſic irruptionẽ in Perſarmenios fieri•Has litteras poſtq̃ Præfecti legerunt omnes ſimul cum ſequentibus in Armeniorũ loca excurrunt•Iamq; Coſroes paulo ante Adarbiganos timore peſtilentiæ relinquẽs in Aſſyriam cũ toto exercicu diſceſſit•Huc aũt nõdum is uenerat morbus•

Ardabigara Pyreum

Valerianus quidem apud Theodoſiam caſtra habebat cum ſuis militibus cui Narſes ſeſe iunxit Armenios ac Erulos quoſdam ſecum habens • Martinus autem orientis Præfectus cum Ildigere & Theoctiſte in Citharizum arcem perueniens ibidē caſtra poſuit quod a Theodoſia quatuor iter dierū diſtat ubi & Petrus non multo poſt cum Adolio & aliis quibuſdam Præfectis uenit• Toto autem exercitui præfuit Iſacius Narſis frater• Philomenes autem & Verus cum Erulis conſequentibus ad Chorzianorꝝ loca uenerūt non longe a Martini caſtris• Iuſtus autem Iuſtiniani fratris filius & Peranius ac Ioannes Niceti filius cū Dominentiolo & Ioanne Phaga apud arcem Phiſon caſtrametati ſunt quæ iuxta fines Martyropolis eſt • Sic igitur Romæi Præfecti omnes caſtra locauerunt neqꝫ ſimul cōuenientes neqꝫ in colloquiū inter ſe congtedientes ſed tm̄ per nuntios inuicem de irruptione facienda ſtatuerunt • Petrus igitur aliis in conſultis ex improuiſo in hoſtilē incurrit: quod ubi ſequenti die Philomenes & Verus cognouerūt qui Erulos ducebant ſtatim ſecuti ſunt• Poſt eos Martinus & Valerianus cum ſuis Nam omnes inter ſe parū diſtabant: præterq̄ Iuſtus tum ſuis qui uti ſupra narratur longius habentes caſtra poſtremo & ipſi excurrendo ceteros ſecuti ſunt: nec tamen cōiunctim• Reliqui omnes ſimul recta in Dubium proficiſcuntur nihil omnino prædantes aut aliquid agentes maleſitii• Eſt enim Dubium Perſidis regio cū ceteris: tū cœli & aquatū ſalubritate præſtans a Theodoſia octo iter dierum diſtans ubi & campi æquorꝝ fertiliſſimi & uici plurimi frequentiſſimi: rebuſqꝫ refecti colonis: officinæ præterea mercatoreſqꝫ plures ex Indis & eis uicinis Iberis Perſarꝝ Romæorūqꝫ cōmeatus ferentes• Hic xp̄ianorꝝ Epiſcopus quem lingua greca Catholicum uocant qꝫ unus omnibus præſit huius regionis accolis• Huic igitur ꝑpe ſtadiis• cxx• eunti dextrorſus in regione Romæorꝝ Dubius eſt mons præruptus quidē & in adceſſus: & uicus quidam in loci anguſtia ſitus nomine Anglon ubi Nabedes poſtq̄ inimicorꝝ irruptionem didicit cum toto ſtatim exercitu ſe recipiens lociqꝫ munimento confidens ſeſe incluſit • Vicus autē ad montis radices ſitus arcem eiuſdem nominis habet in alto & precipiti loco inexpugnabilē•Nabedes itaqꝫ lapidibus & curribus ingreſſus ad uicum obturans etiam magis in acceſſum hunc reddidit: ante uero foſſa ualloqꝫ extructo exercitum hic peditum in domūculis quibuſdam ueteribus in inſidiis collocauit•Ad quattuor itaqꝫ milliū omnis Perſarꝝ copiæ cōuenerunt• Et hæc quidem ſic ſe habuere•Romæi uero uenientes ad locum iter diei ab Anglone diſtantem: quendā ex hoſtibus exploratorem capiunt: quē ubi Nabedes

Theodoſia

Chorizani

Phiſon arx•

Dubium Perſarum Emporium•

Catholicus xp̄ianorꝝ Ep̄s•

Dubius mōs•

Anglon

eſſet percunctantur. Is hominem ex Anglone cũ toto exercitu domũ reuer tiſſe dixit: quod Narſes audiens ac graue putans: ſotiis præfectis moram increpauit. Idem & alii in alios obiurgantes fecerunt pugnamq; tantum relicta prorſus præda ſpectãtes. Mouẽtes igiť ſine diſciplina ac ordine nulla præferentes ſigna quæ in ſimilibus certaminibus ſolent anteibant neq; item diſtincti: militibus cum ſeruis ſupellectilem ferentibus cõmixtis tanq̃ non ad bellnm ſed predam manifeſtam confuſim ituri. Poſtq̃ uero prope Anglonem fuerę exploratores mittunt qui reuerſi renuntiant inimicos paratam habere aciem. Duces uero re improuiſa perterriti reuerti quidem cũ tanto exercitu turpe ac effeminatũ putauere ex inſtanti itaq; neceſſitate copias omnis intus acies ordinauerunt. Petrus dextrũ cornu habebat: Valerianus ſiniſtrum: Medium uero Martinus. Prope autem inimicis exiſtentibus cõſtitere ordinem abſq; modo & ornatu ſeruantes. In cauſa erat loci iniquitas precipitis unde diſpoſitos in pugnã procedere oportebat. Hoſtes uero ſeſe in breui cogentes etiam quieti manebant Romæoꝝ perluſtrantes exercitum: iuſſitq; a Nabede pugnam nullo modo incipere: ubi uero ab hoſte incepta eſſet acriter ſe defendere. Primus itaq; omniũ Narſes cũ Erulis & Romæis procurrit ac uiribus fretus Perſas contra ſe conſtitutos cõuertit fugientes Barbari in arcem curſu contendunt: hic in loco anguſto coactos ſuos Narſes adortando pugnæ inſtat: at Barbari ſtatim ex tuguriis ubi ſupra dixi latebant exeuntes improuiſos Erulos adoriuntur: ac ex eis multis interfectis. Narſem quoq; iuxta tempora ſauciant: qui ex Iſtro ſic hoſte ſubtractus paulopoſt deceſſit uir quidem fortiſſimus & huic bello longe utilis Hinc turbatione inter Romæos maxima ut par eſt ſubſecuta Nabedes omnis copias in hoſtem ſimul eduxit qui in locis iniquis quum multos tum Erulos potiſſime occidebant ꝙ hi primi quidem percurriſſent: ac inermes pugnarent neq; enim Caſſidem neq; Thoracem aut aliquid prorſus muniminis habebant præterq̃ ſcutum ac tritam uilemq; ueſtem qua ſuccincti in certamen ruunt: ſed ne ſcutis quidẽ eoꝝ ſerui in pugna utuntur niſi poſtq̃ uiri in bello fortes fuere. Et hæc quidem de Erulis. Romæi autẽ hoſtes minime ſuſtinentes certatim omnes fugiunt neq; uirtutis memores neq; decoris Perſæ autem tam impudentem animaduertentes fugam: inſidias potius putauere. Quamobrem per anguſtias tm̃ locoꝝ eos perſecuti domũ reuerterunt non auſi in aperta planitie pauci cõtra multos pugnare. At Romæi præſertim ꝙ duces hoſtes continuo retro cõſequentes eſſe opinabantur magis etiã fugiebant/ac nullum remittentes tempus citatis inſuper & flagello

Eruli inermes pugnant

& clamore equis currebant: thoracibus reliquaq; armatura ab ſe proiecta ꝙ non amplius his opus habere aut cum inimicis congredi putarent: ſed tm̄ in equoꝝ pedibus ſalutem collocantes erant & ut breuiter dicā talis extitit fuga ut nullus fere illis equis ſuperuixerit: ſed ubi a curſu deſiſtebant ſubito exanimes concidebant: nec unq̄ ſimilis clades in ea parte Romæis extiterit. Nam qui fugæ defuerunt partim ceſi partim capti: Præda quoq; tanta fuit armoꝝ iumentoꝝ reliquaꝝ rerum ut Perſas diuitiis maxime cumulauerit. Adulius autem qui in hac reductione apud Arcem in Perſarmeniis exiſtens ſe continebat lapide a colonis caput appetitus ibidē periit. Iuſtus cū ſuis Taraboꝝ oppida pauca excurrendo depredās domū & ipē ſtatim reuertit. Anno inſequente Coſroes in Romanoꝝ agrum rurſus incurrit in Meſopotamiam exercitum ducens: quæ quidem irruptio non aduerſus Iuſtinianum Imperatorem aut alium quemq̄ mortalium facta ſed in ipm̄ deum quem xp̄iani colunt: qm̄ in prima expeditione quum Aedeſſam fruſtra tentaſſet domū ilico ſe recepit: quo tempore magnopere una cū magis turbatus ad ſuos cōuerſus ait. Aedeſſenos ſe omnino ſub iugum miſſuram ac ciuitatem eam ouibus paſcendam redditurum. Nunc uero ꝓpe ad eam cum exercitu accedens quoſdam ex Vnnis eum ſequentibus ad menia ciuitatis miſit quæ ſub Hippodromū ſunt nihil aliud maleficii perpetrantes: Oues huc paſtores reduxere loci munitioni confidentes ꝙ is maxime adeliuis eſſet neq; hoſti facile adeundus ſperaretur: Barbari igitur eas rapere conantibus acriter paſtores reſiſtebant: at Perſæ ſimul & Vnni uiolentius inſtantes cum Romæis ſimul & oppidanis exeuntibus ad manus uenerunt oues interim rapte ſponte ad paſtores rurſus reuerterunt. Quidam autem ex Vnnis ante alios pugnās maxime omniū Romæos adfligebat / a quodā uero agricola genu dextrū funda percuſſus cernuus ilico ex equo cecidit. Pugna uero mane incepta ad mendiē deſiit: in qua utriq; ſatis habere putantes diſiuncti ſunt: Romæi quidem intra menia ſe receperunt. Barbari procul a ciuitate ſtadiis ſeptem palantes omnes in caſtra ſe receperūt. Tūc Coſroes ſiue in ſomniis admonitus ſiue excogitatiōe quadam ꝙ his tentando nequiſſet Aedeſſam capere unde plurimū ei decoris eueniret / multa pecunia ab Aedeſſenis accepta ab eoꝝ obſidione diſcedere decreuit. Itaq; ſequenti die Paulus interpres ad menia iuſſu regis ueniens dixit Romæos aliquod uiros graues ad ſe mitti Coſroē expetere. Hi uero celeriter quatuor delectos claros homines miſerunt quibus in caſtra Perſaꝝ uenientibus Zaberganes mandato regis occurrens minanti ſimilis eos percunctatᶜ que nā

Tarabi

Aedeſſæ obſidio.

ſint eis potiora an quæ ad pacem uel bellum faciunt: reſpondentibus illis
ſe pacem potius electuros: ergo Zaberganes ait emere hanc uobis multa
eſt opus pecunia. Illi uero ſe totidem dicunt daturos/quot dederunt quãdo
Antiocheam capiens ad eos primo uenit Zaberganes autem eos cum riſu
remiſit ut diligentius ſup eoꝝ ſalute deliberantes ſic deinde reuertantur.
Hos Coſroes paulopoſt iterũ uocans repetiit quod aut quomodo prius Ro
manoꝝ oppida cepit: minatur deinde Aedeſſenis grauiſſima a Perſis euen/
tura niſi pecuniã tribuant quãtam intra menia poſſederint: ſic deniq; inde
exercitum ſe deducturum recepit. Hæc Legati audientes profeſſi ſunt ſe pa
cem quidẽ a Coſroe libenter accepturos modo quæ liceant eis imperet. Bel/
li enim finem nulli omnino ante certamen ſatis exploratum eſſe: Nec pu/
gne periculũ in conditione uenit. Tunc uero iratus Coſroes iuſſit cõfeſtim
Legatos diſcedere. Die autem opſidionis octaua Tumulũ arte excitare aũ
urbem conſtituens iam exciſa in locis propinquis materia ante menia qua
drata ſpecie compoſuit ubi miſſilia ex urbe prouenire non poterant: terram
quoq; multam qualemcũq; arboribus ingerens magnam uim lapidum ſup
iecit qui non quidem alias ædifitio apti ſed ad id tm̃ officium exciſi atq; ela
borati erant: ut aũt affatim in altitudinẽ creſceret ligna lõga in medio terre
& lapidum continuo iniciens uinculum quodãmodo huic operi adibebat
ut præ altitudine minime debilitaretur. Petrus autẽ dux Romæoꝝ hic cũ
Martino erat ut hoſtes operi intentos proiberet Vnnos quos ſecũ habebat
his obiecit qui plures interfecerunt ac omniũ maxime Arges nomine ſolus
ſeptem & uiginti occidit. Ex hoſtium uero cuſtodibus nullis aduc exire au
dentibus: donec opus ſuccreuiſſet: tunc conſtantiſſime oppugnantes Ro/
mæi ex menibus fundis ac arcubus reiciebãt quaꝓpter Barbari teſtudines
operimentaq; ex hircoꝝ pilis quæ uocant Cilicia craſſitudine atq; longitu/

Cilicia operi/
mẽta ex hirco
rum pilis.

dine quantũ ſatis habentia ſuſpendentes ex lignis longis quod opus ab ig/
ne arcu excuſſo minime aut ullis miſſilibus ledi poterat: ſed a teſtudine
cuncta repulſa proibebantur: quod Romæi conſpicientes in metum uerſi
Legatos ad Coſroem mittunt: inter quos Stephanus erat medicoꝝ ſui tem
poris princeps & qui Cabadem Perozæ filium qñq; egrotantẽ curans mul/
tas ex eo retulit opes. Quumq; in Coſrois conſpectum una cũ aliis ueniſſet

Orõ Legatoꝝ
ad Coſroem.

hæc ait. Regis profecto boni offitiũ: manſuetum eſſe omnes adfirmant:
Nam cedes ac bella facere ciuitates diripere: agros populari aliis forte no/
minibus cõuenit bono autem nequaq̃: quanq̃ Aedeſſenoꝝ ciuitatem ex te
malum aliquod pati minime omniũ oportebat. Inde ego prodii/ qui nihil

futuroꝝ preuidens te nutriui: ac tuo patri auctor extitiꝗ ut te regni ſucceſ-
ſorē cōſtitueret:tibi ergo Perſaꝝ impii cauſa fui:patriæ uero p̄ſentiū maloꝝ
Homines nāq; multa ſibi ip̄is incōmoda ob futuroꝝ ignorationē inferunt•
Verū ſi qua te huiuſcemodi beneficii memoria ſubit nihil queſo mali nobis
ulterius irrogato:hāc mihi ad extremū tribuēdo mercedē/ex qua tibi maxi-
me rex hoc boni adcedet:ut crudeliſſimus nō uidearis:Stephanus hacten9•
Coſroes aūt nō ſe ꝓfeſſus eſt prius inde diſcedere q̄ Petrus & Perani9 ei tra
dant̄:ꝙ paterni ſerui exiſtētes auſi ſint cōtra ip̄m arma capere•Quod ſi hoc
facere Romęis nō placet : alteꝝ e duob9 eſt eligere neceſſe uel aureoꝝ quin
quaginta milia dare:uel quoſdā in ciuitate recipe q pecuniā ueſtigātes om-
ne aurū quoq; & argērū ad eū referāt:reliquoꝝ uero dominos eſſe ꝑmittāt•
Hec Coſroes magna ē locut9 adrogātia ut q paruo labore Aedeſſā ſe capere
ſperaret:legati ꝙ ab eo impata nullo modo ſe facere poſſe uiderēt anxii per
turbatiq; in ciuitatē reuerterūt•Poſtq̄ intra menia cōſtituti regis mādata re
tulere:tumultu ac luctu plena ciuitas fuit•Turrē attn̄ in magnā erectā cel-
ſitudinē multoq; ſtudio ꝓcedentē aīaduertētes cæteris priuati remediis rur
ſus legatos mittūt:q poſtq̄ in caſtra fuere eadē atq; prius oratū uenire ſe di-
xerūt:ſed ne uerbo qdē a rege dignati quin multa cōtumelia inde abeuntes
in ciuitatē redierūt• Igit̄ Romæi qbus poſſent uirib9 ſeſe tueri decreuerūt:
ac ante oīa muri ꝑtē qui tumulo opponebat̄ alio adaugere cōtendūt ædifi-
tio ut Perſaꝝ opi ſup emineat•Iāq; ad finē uentū erat: quū Martinū rurſus
hortūt̄ ut de pace quomodo ei uideat̄ trāſigat• Is ꝑpe ad hoſtiū caſtra acce
dēs cū qbuſdā Perſaꝝ p̄fectis in colloquiū uenit•Hi uero Martinū plurib9
diebus ſermonibus diſtraxere pacem uelle ſimilantes: donec opus in caſtris
abſoluerent • Dixerunt enim ſe quidem ad concordiam paratos : attamen
Imperatorē nullo modo eam uelle ſe exiſtimare:nam & Beliſarius qui Mar
tinum & potentia & dignitate p̄cedit:quū Coſroem ex agro Romano exer-
citū deducere ꝑſuaſit:ſpe legatoꝝ uenientiū huius rei gr̄a nihil tn̄ eoꝝ quæ
p̄miſerat p̄ſtitit faſſus ſe Iuſtiniani uoluntatē extorquere nō poſſe • Interea
Romæi hec fecerūt foſſā in ciuitatē q̄ aditu ſubterraneo uſq; ad tumuli ab
hoſtib9 extructi fundamētū mediū penetraret ubi igne ſuccēſo ędifitiū eru
erēt:itaq; ſtrepitū fodētiū inimici ſentiētes & ip̄i ſupius incipiētes exutraq;
ꝑte medii fodiebāt ut romæos in ope dep̄henderēt qđ illi cognoſcētes abſti
nuerūt:terrā in locū uacuū ingerētes e ſummo aūt tumulo inferius qđ ꝓpe
murū erat ligna & lapides ac terrā inferciētes habitatiōis ſpetie extruebāt:
arboꝝ quoq; facile cōbuſtoꝝ ſiccos trūcos huc aggerādo:oleo inſup cedrino
infarto & ſulphure & bitumine multo: nam hæc in munitione habebant•

Perſaꝝ uero Præfecti interea Martino:qualia mihi ſupra paulo narrantur
dixere ut ſermonē de pace ſpetie mōſtrarent• Poſtq̄ uero collis ab eis iā ab/
ſolutus ē ac mҿnibus ciuitatis ꝓpinquās in ſublime erectus apparuit•Mar
tinū remiſerunt manifeſto cnocordiā negantes•At Romæi ſtatim arboꝝ il
larū truncos incendūt quos ad hoc p̄parauerant • Igne aūt partem tumuli
quandā cōburente nec ꝑ totū diffundi ualente quū ligna priora conſume/
rentur:alia deinceps in foſſam iniciebant nullū intermittētes tēpus • Iamq;
ignis tumulū omnē abſumētis fumꝰ ꝗdā nocte ſupra tumulū paſſim appa
rebat•Romæi aūt nōdū uolētes a Perſis rem ſentiri hec cōmēti ſunt•Parua
uaſa igne carbōibuſq; implētes hec & ignifera miſſilia aggeris ꝑ totū tumu
lū frequētia miſcuerūt q̄ Perſæ ꝗ cuſtodie hic p̄erāt cū omni ſtudio circūeū/
tes extinguebāt:& ex ip̄o ꝓcedi fumū exiſtimabāt•Malo uero gliſcente Bar
bari clamauere• Romҿi uero eos ex menibꝰ feriētes multos iterfecerūt huc
& Coſroes circa ſolis exortū uenit magna exercitꝰ ꝑte cōſequēte atq; i agge/
rē aſcēdēs primꝰ hic malū dep̄hendit ſubtus eni fumi cauſā eſſe mōſtrauit
nō ex his q̄ ab hoſte iaculabāt̄:cōtinuoq; omnē exercitū clamare iuſſit:Tūc
Romæi cōfidētes uerbis eos cōtumelioſis inceſſebāt: Barbaroꝝ uero hi ꝗdē
terrā alii aquā qua maxime ignis apparebat inicientes malū uincere ſpera/
bant:uerū nihil agebant:qua enim in ꝑte terra iniecta erat fumus quidē ut
par eſt reprimebat̄:ex altera uero ꝑte paulo poſt multo magis ex igne alibi
fortius erumpente exibat•Aqua item in qua ꝑte ꝓiciebat̄ maiorē ſulphuri
ac bitumini uim addebat • Ex quo ignis ulterius procedendi cauſa erant
nec intus aquæ tantum: quantum ignis præualebat effundi poterant• Fu/
mus itaq; circa diei ſerum tantus eſt factus ut & Carenis & aliis ibidem ac/
colis manifeſtus eſſet • Perſis itaq; ac Romæis pluribus ſupra tumulum
aſcendentibus pugna hic orta : uicerunt Romæi & flamma in tumulo cla
re omnibus apparuit • Perſæ autem hoc opere dimiſſo ſexta poſt hæc die ſa
tis ante lucem partem muroꝝ clam inuadunt • Romæis alto ſomno dormi
entibus ſcalis clam adpoſitis aſcendunt : quidam autem ruſticus ſolus ex/
pergefactus tumultu clamoreq; multo Romæos excitat : hinc orta pugna
Perſæ uicti ſtatim ſe in caſtra receperunt : ſcalis ibidem relictis quas Ro/
mæi intus traxere • Coſroes autem circa mediam noctem : bonam exerci/
tus partem portam Magnam uocatam expugnatum miſit : quibus Ro/
mæi occurrentes non milites ſolum ſed ruſtici & ex populo quidā ac pu/
gna ſuperiores Barbaros in fugā uerterūt: adhucq; Perſis fugientibus Pau
lus interpres a Coſroe ueniens in medios Romæos nūtiauit Recinctiū de

pace Legatũ e Byzantio iam iã uenire Sic utriq; diſſoluti• Iamq; quibuſdã
antea diebus Recinerius in caſtra Barbarorꝝ uenit: ſed hoc Romæis mini/
me retulerunt•Perſæ expectantes uidelicet in menibus inſidias ut ſi quidẽ
uoti cõpotes eſſent minime in fœdera uenirent•Victi aũt ſicuti contigit ad
ea prouocantibus Romanis facile accederent• Poſtq̃ uero Recinerius ꝓpe
ad portas fuit Perſæ ad Coſroẽ ſtatim mitti petierũt aliquos qbus cũ de pa
ce tranſigeret•Romæi uero tribus poſt diebus ſe miſſuros legatos dixerunt
ꝙ Martinus eorꝝ dux male circa ualitudinẽ haberet•Coſroes aũt nõ ſanum
eſſe reſponſum ſuſpicans ad prœliũ ſe adcinxit magnãq; laterũ uim ſupra
tumulum inici iuſſit•Duobus uero poſt diebus cũ toto exercitu mænia ex/
pugnaturus acceſſit in qualibet porta partem exercitus cũ Præfectis collo/
cans:cunctaq; hoc modo mænia circũdans ſcalas & machinas eis adhibuit
retro uero Saracenos cunctos cũ Perſis qbuſdã locauit : nõ ut in muros in/
currerent ſed ut capta ciuitate fugientes caperent• Tali quidẽ ordine Coſ/
roeſ exercitũ diſpoſuit•Pugna autem mane incipiente ab initio quidẽ Perſa
rum res ſuperior fuit ut qui multi aduerſus paucos pugnarent: quoniã plu
res Romæorꝝ imp̃meditati nihil adhuc ſenſerãt: ꝓcedente autẽ prœlio tur
batiõe ac tumultu pleno ciuitas fuit & iam omnes cũ ip̃is cõiugibus & par/
uis filiis in mænia conſcenderunt:qui autem in ætate fuere inimicis acriter
reſiſtebant•Sed & ruſtici multi aduerſus Barbaros facinora multa preclara
oſtenderunt•Filii autem & feminæ cum ſenibus lapides pugnãtibus ſugge
rebant/aliaq; miniſtrabant: quidam uero & lebetas olio calefacto plenas in
hoſtes de mænibus iaciebant• Iamq; Perſæ pugnam detrectantes arma ab/
iciebant regiq; in conſpectu uenientes non oppugnatione ulterius tendere
poſſe dictabant•Ex quo in iram Coſroes cõuerſus minitando:intentandoq;
omnis in hoſtes iterũ reduxit:qui clamore multo turres ſcalaſq; & alias ma
chinas mænibus adhibuerunt/ ut ciuitatem eueſtigio euerterent• Romæis
uero cõſertim ac uiribus totis defendẽtibus Barbari in fugã uertunt• Diſce
dentẽq; Coſroẽ Romæi exſibilauere ad menia oppugnãda ꝓuocãtes•Solus
aũt Azarethes circa portas Soenas uocatas cũ ſequẽtibꝰ pugnauit ubi Tri
pugiã uocãt locũ unde Romæorꝝ fortiſſimi milites ad certamẽ extra diſceſ/
ſerãt•Itaq; ꝑtẽ ꝓ menibꝰ quã Protichiſina uocãt•Perſæ omni conatu aggre
diẽtes fortiſſime defendẽtibꝰ iſtabãt:donec ip̃is Peraniꝰ cũ multis militibꝰ
& Aedeſſenis qbuſdã in pugna uictor adeqtauit & mane murũ oppugnare
incipiens in ſeram noctem deſiit•Vtriq; igitur eam noctem in quiete man/
ſerũt • Perſæ quidem circa uallum ſibi ip̃is timentes• Romæi uero lapides

in turribus collocantes & alia in munitione præparantes præparabantur ut die poſtera pugnaturi cum hoſtibus ad menia irrumpentibus • Sequenti igitur die nullus Barbaroꝝ ad mænia uenit • Perendie uero pars exercitus Coſroe adhortante portas Barlai uocatas inuaſerunt occurrentibus uero Romæis uicti ſunt in prœlio breuiterq; in caſtra reuerterunt • Tunc uero Paulus Perſarum interpres ad mænia accedens Martinum uocabat ut ad concordiam ineundam ueniret: quod & ille fecit: ac Quinquaginta milia ab Aedeſſenis Coſroes recipiens fœdera conſcripſit: ſeq; deinceps Romæos non amplius uiolaturos promiſit: ad extremum uallo munitionibuſq; incenſis cum toto exercitu domum reuertit • Sub idem tempus Romæoꝝ duo Duces periere: Iuſtus Iuſtiniani Imperatoris fratris filius & Peranius Iberus alter morbo • Peranius uero ex equo in uenatione collapſus: quoꝝ loco Imperator ipſe totidem ſurrogauit Marcellum fratris filiũ puberem & Conſtantianum • Qui paulo poſt una cum Sergio Legatus ad Coſroem de concordia miſſus eſt • Hi apud Aſſyrios cum conuenerunt ubi Ciuitates duæ maximæ ſunt Seleucea & Cteſiphon Macedonum ædificia qui poſt Alexandrũ Philippi Perſis & his uicinis gentibus imperauerunt quas omnis Tigris fluuius diſterminat: nulla alia in medio exiſtente regione • Hic regem offendentes rogauere ut oppida quæ in Lazis ſunt Romanis redderentur / ac pacis fœdera confirmaret • Coſroes autem non facilem dicebat inter ſe fore concordiam niſi aliquod prius induciarum tempus ſtatuiſſent per quas ultro citroq; colloquentes ac conuerſantes ſecurius de pace perpetua ſtatuerent • Ad has igitur optinendas indutias pecuniam Romæos tribuere oportere: præterea quendam mittere nomine Tribunum: cum quo certo tempore rem tranſigat • Erat enim hic medicus qui eum a morbo graui liberauerat: ex quo amicus ei atq; gratiſſimus erat • Hæc ubi Iuſtinianus audiuit: & Tribunum & pecuniam ſtatim miſit uſq; ad milia uiginti ſic inter eos induciæ in annos quinq; cõſtitutæ • Iuſtiniani Imperii anno • XIX • Paulo poſt Arethas & Alamundarus Saracenorum Duces bellum inter ſe tantum decernunt ſine Perſarum aut Romæorum auxiliis • Alamundarus quidem unum Arethæ filium equos paſcentem excurſiõe capiẽs ueniri ſtatim cõſecrauit: & ex eo cognirũ Perſis res Romæoꝝ Aretham uendidiſſe • Poſt hæc cum toto exercitu ambo ad pugnã uenerũt in qua ſupior Arethas hoſtes cõuertit: multoſq; occidit: pauloq; poſt idem duos Alamundari filios pſecutus capere nõ potuit • Et res quidẽ Saracenoꝝ ſic ſe habuere • Coſroes deinde conſtituens Iſdigunnã Legatum Byzantium

Seleucea
Cteſiphon
Tigris

ad Imperatorem mittere Perſas quingentos electos uiros cum eo ire iuſſit:
quibus mandauit apud Daram urbem adeſſe ac in domibus diuertere mul
tis nocteq; ſopitis omnibus portas aperiant ac reliquũ admittant exercitũ:
Niſibis quoq; Præfecto mandauerat ut copias clam p̄ſto paratas haberet.
Sic Coſroes paruo labore Romæos omnis interficere ac urbem eam capere
ſperabat. Sed uir quidam Romæus qui pauloante ad Perſas tranſfugit fa-
cinus animaduertens Georgio rem aperuit huius tunc urbis Præfecto: cu-
ius ſupra memini ueluti Perſis ſuadẽtis in arce Siſauranoꝝ obſeſſis ſeſe Ro
manis dedere. Georgius huic legato in Romæoꝝ atq; Perſaꝝ finibus ob-
uiam procedens ait eum nõ more Legati uenire: nec tot numero Perſas in
ciuitate Romæoꝝ recipi fas eſſe: Iſdiguſnas indignanti ſimilis fremebat ue
luti legatus ad Romæos probro ſup his ab eo laceſſitus. Georgius aũt eius
iram minime curans ſeruare ciuitatem maluit: qua ꝓpter eũ cũ uiginti tm̃
in urbem recipit. Hac igitur ſpe legationis Barbarus excidens Byzantium
uenit uxoremq; ac filios duos ſecum ducens: honeſtandæ magis legationis
gratia ubi autem in Iuſtiniani conſpectum uenit. Dona ei regia cũ litteris
tantum tradidit: per quas ille certior & ſolũ fieri petebat: an ualeret Impe
rator eũ tanto excepit honore quanto nullius unq̃ alterius meminimus: &
quando ſecum epularetur Bradunam interpretem qui eũ ſequebatur etiã
menſæ adhiberet quod nunq̃ prius conſuetũ. Nõ enim interpretem quanq̃
nullo magiſtratu inferiorẽ ſimul cũ Imperatore epulari fas eſſe omnes no-
runt. Sed & ornatiorem longe muneribus Legatum quãuis nulla de cauſa
uenerit remiſit: longe uberioribus q̃ ipſe acceperit: aut q̃ ſumptus itineris
fuerit. Hunc igitur finem Coſrois apud Daras inſidiæ habuerunt. In La-
zoꝝ autem regionem materiæ multum exciſæ ad nauium fabricationem
miſit: nulli cõmunicans cur eas factitaret ſed uerbo quidem ſe machinas in
Petræ menium defenſionẽ parare monſtrando. Deinde Perſarum fortiſ-
ſimos Trecentos eligens ſimul cum Phabrizo duce: cuius nuper memini
in Lazicem miſit: materia interim ſorte quadam fulmine icta omnis in ci-
nerem conuerſa eſt: Phabrizus eo cum his ueniens fecit ut ea quæ a Coſ-
roe mandata Gubazi fuere perficerentur. Erat enim Colchis uir nobilis
Pharſaſes Perſis fidiſſimus uiſus quem Gubazes priuata inimicitia ma-
xime inſectabatur: qua propter ut minime confidens in regis conſpectum
uenire uerebatur: quod ubi Phabrizus nouit Pharſaſam acerſiuit ac ei
omne cõſiliũ cõmunicãs hominẽ pcũctat' unde primũ res aggrediẽda eſſet
Viſum igit' eis de cõſilii ſentẽtia deliberãtibus Phabrizũ qdẽ apud Petram

Ciuitatem eſſe atq; huc Gubazem uocare ut nuntiet quæ regi circa ea quæ ad Lazos faciunt uideatur: uerũ Pharſaſes clam Gabaze rem geſtam ſignificauit: quapropter Gabazes ad Phabrizum nequaq̃ uenit: ex quo palam ad defectionem ſpectabat. Phabrizus autem aliis Perſis apud Petram cũ toto exercitu eſſe mandauit: & quæ faceret ad expugnationẽ diligentiſſime præpatarent. Ipſe uero cum eiſdem Trecentis ſine effectu domũ reuertit. Gabazes autem ad Iuſtinianũ rem omnẽ deferens ante omnia petiit ut Lazis præteritorũ ueniã daret: deinde ſponte ſe a Perſarũ ſeruitute eximere uolentes quando non ſola poſſent exercitu ſui iuuaret. Hæc poſtq̃ Imperator audiuit animo lætatus uiros ſeptingentos cũ Daſiſthæo duce ac Zanos mille auxilio Lazis miſit: qui in Colchidem peruenientes ſimul Lazis & Gubazi

Petræ urbis opſidio. militantes ad opſidionem Petræ conſtiterunt. Perſis autẽ fortiſſime ex mœnibus reſiſtentibus: obſidionis tempus diu prorogatum q; cibariorũ ſatis in munitionibus intus haberent. Coſroes his turbatus exercitum q̃ magnum equitum ac peditum ſubſidio miſit cũ duce Mermeroe: quod Gubazes ubi

Boas fluuius. didicit cum Daſiſthæ de cõmuni ſententia hæc conſtituit. Boas fluuius extra Zanorũ fines exit in Armeniis qui circa Pharangium habitãt ac primũ dextrorſus ut plurimũ fluit breuis quoq; uadens nulloq; labore omnibus p̃meabilis exiſtis uſq; ad locum ubi dextrorſus quidem Iberorũ ſunt fines: cõtra uero deſinit mons Caucaſus. Hic gentes cum aliæ multæ tum Alani ac

Alani Abaſgi Zechi Vnni qui & Saberi. Abaſgi habitant: Chriſtiani quidem & iam dudũ Romæorũ amici. Inſuper Zechi & poſt eos Vnni qui & Saberi nominãtur. Deinde fluuius hic uſq; ad Caucaſi & Iberiæ fines peruenit. Hinc uero ſuperuenientibus aliorũ fluminũ aquis maior longe apparet mutatoq; nomine Phaſis incipit appellare: qui nauiũ capax factus uſq; in Euxinũ deducit ubi eius oſtia ſunt, atq;

Phaſis flu. ibidem utrimq; Lazorũ conſpicitur terra ſed a fluuii ſiniſtra diei tm̃ unius iter expedito fines habet: regio ſane hominibus deſerta: ꝓpe hanc habitãt

Romæi Pontici. Romæi Pontici uocati. In hac igitur Lazicæ parte inhabitata Iuſtinianus meo tempore Petram ciuitatem ædificauit ubi Ioannes Zibus Monopoliũ

Ioannes zib9 conſtituens uti mihi ſupra narratur cauſa fuit Lazorũ defectionis. E Petra igitur eunti recta ad auſtrum Romæorũ montes conſpiciuntur: oppidaq; hominibus frequentata Terizeũ uocatum & Athenæ & alia nõnulla uſq; ad Trapezuntios. Itaq; Lazicæ quũ eſſet incuſtodita facile ad Perſas una cum Petra peruenit. Nunc autem Gubazes ſciens Perſarũ aduentum Daſiſthæo mandauit mitti aliquos qui anguſtias extra Phaſim exiſtentes cuſtodirent: nec interim obſidionem relinquere donec de uictis Perſis urbem ca

piat• Ipſe uero cum toto exercitu Colchoꝝ ad extre ma Lazicæ uenit:ut hic
anguſtias præſidio teneret/ac pauloante Alanos ac Sabiros in ſocietatẽ ad/
ſciuerat ac•xxx•millia ſe daturũ Imperatoris nomine promiſerat ut Lazoꝝ
regionem cuſtodirent: ſimulqꝫ Iberiam ita uacuam redderent hominibus
ut aditus inde Perſis infuturũ non eſſet:•Gubazes itaqꝫ his conditionibus
Imperatori relatis eum orauit:ut Lazis hæc pecunia mitteretur: ut miſeri
de uita laborantibus ſeruarentur•Inſuper & ſibimet ſtipendium decem an
noꝝ deberi dicebat:poſtq̃ in Silentianoꝝ numero in palatio cooptatus nihil
inde tulit•Iuſtinianus uero eius poſtulatis facile annuit: ſuperueniente tñ
negotio quodam inſequente tempore pecuniam non miſit• Gubazes itaqꝫ
hæc ægit• Daſiſthæus autem ut iuuenis admodũ minimeqꝫ huic bello Per
ſico aptus ſtudio ac diligentia in rebus nequaq̃ fretus Centũ ad anguſtias
miſit: quibus ipſe adeſſe in tanto periculo neglexit: ſed ad Petræ obſidionẽ
remanens nihil egit: quãq̃ paucis exiſtentibus inimicis: ab initio enim nõ
minuſq̃ mille & quingenti erant a Romæis & Lazis per longum tempus
apud menia oppugnati: uulnerati autem & uirtute maxima q̃ unq̃ uideri/
mus durantes plurimi perire: ad paucoſqꝫ demũ redacti ſunt • Perſæ igitur
indeſperationem atqꝫ anxietatem uenientes quieuerunt•Romæi autem cir
ca muros foſſam in breui loco fecerunt ut murus hic rueret: uerũ adeo pro/
pinque huic domus erant ut pro menibus hoſti eſſent quod Romæos nihil
cõmouit: magnopere ſperantes ꝙ ſi alibi foderent facile ſe potituros • Quã
obrem Daſiſthæus de his omnibus Imperatorẽ certiorem fecit: ac interim
præmia uictoria militibus propoſuit plane ſignificans• Quæ per ipſm̃ mu/
nera Imperator fortibus daturus eſſet•Perſæ igitur Romæis & Zanis acri
ter oppugnantibus præter opinionem acriter reſiſtebãt quanq̃ pauci admo
dum relicti•Poſtq̃ autem Romæi nihil agebant: rurſus ad fodiendum con
uerſi: adeoqꝫ opere ſubtus proceſſere ut muroꝝ fundamẽta prætetierint: ꝙ
ſi Daſiſthæus ſtatim ipſis fundamentis ignem ſubiecere uoluiſſet:exiſtimo
profecto facile ciuitatem cepiſſet/ nunc uero ab Imperatore reſponſum ex/
pectans morando tempuſqꝫ terendo ſuperſedit• Et hæc quidẽ in Romæoꝝ
exercitu ſic ſe habuere• Mermeroes autem cum toto Perſaꝝ exercitu in Ibe
riæ fines proceſſit: Phaſim fluuiũ dextrorſus habens per loca Lazicæ ire
nullatenus uolebat:ne quid ex ea parte aliquid eſſet impedimento • Erant
enim in ciuitate uiri quinquaginta uoluntarii atqꝫ electi Imperatorem Iu/
ſtinianũ Callinicum clamantes quibus præirat Ioannes Thomæ filius uir
Armenius cognomento Guzes•Hic enim Thomas multas arces apud La/

zos iuſſu Imperatoris ædificauit: exercitumq; illic rexit. Ioannes igitur ad manus cum Perſis ueniens uulneratuſq; ſtatim cum ſequentibus in caſtra reuertit. Poſtq̃ nullius ex Romanorum exercitu alter alteri auxilio uenit. Vir aũt Perſa Miranes noĩe qui Petræ præſidio præerat ciuitati timens Perſis omnibus mandauit diligentiſſime cuſtodiã habere. Ipẽ autẽ ad Daſiſthæũ palpatorios ac deceptorios habuit ſermones nulla tamen ratione in concordia ueniens. Perſarum pluſq̃ mille ceciderunt: Romani iam turba irruente reiecti in montium illorum cacumina curſu ſe recipiendo ſeruati ſunt. Hoc Daſiſthæus diſcens ſtatim obſidionem ſoluit, nihilq; exercitui dicens Phaſim fluuium primus traiecit: Reliqui confeſtim Romani ſubſecuti ſua omnes apud caſtra relinquendo. Perſæ autem hec animaduertentes & portas aperuerunt: & exeuntes ad hoſtium tabernacula caſtra euertebant. Zani uero minime Daſiſthæũ ſecuti hic clamore ſublato ſe curſu in hoſtes cõuertentes paruo labore multos interfecerunt: Perſæ intra menia rurſus fugerunt. At Zani ubi caſtra Romanorum ſpoliauere recta Rhizæum deinde Athenas uenientes per Trapezuntios poſtremo domũ reuerterũt. Mermeroes autem ac Perſarum exercitus huc die nona poſt Daſiſthæi diſceſſum uenerunt: ubi & Perſarum preſidio relictos ſaucios quidem.cccl.integros ac incolumes.cl.reliqui omnes interiere: quorum corpora extra menia nullatenus ciecerunt: ſed tetro intus laceſſiti odore pter opinionẽ tolerauerunt: ut nullam inimicis obſidendi promptitudinem fetore auerſis preberent. Quod Mermeroes animaduertens ſimulq; increpans ac lacrymans dignam Romanorum rempub. dicebat eſſe qui ad hoc debilitatis uenerint ut centũ & uiginti Perſas ſine menibus nulla arte aut ui capere potuiſſent: ptinuſq; murorum ptẽ que corruit exedificari magna diligẽtia iuſſit. Vbi uero neq; calcẽ in promptu, neq; aliquid aliud edifitio aptum paratum habebant hec commenti ſunt Culleos lineos in quibus Perſę neceſſaria in Colchidem ferunt arena repletas in lapidum loco poſuere que hic ſimul cõgeſta pro muro fuerunt: deinde e fortiſſimis tria milia ibidem preſidio dimiſit quibus nõ multi temporis cibaria reliquit ſimul & curam edificandi mandauit. Ipẽ cum reliquo exercitu retro adequitauit. Gubaſes inter hec diſcẽs que Romanis & apud Petrã & apud Anguſtias contigerunt: alteras ipſe apud Phaſidem anguſtias minime ppterea reliquit ubi totius ſpei ſumma erat: pcomperto habens q; quanq̃ Perſe Romanos extra fluuiũ uiolent nullo modo Lazorum regiam neq; Petrę cunctati niſi flumen tranſiſſent nocituri erant: nec eos ullum trãſeundi modum deficientibus etiã nauibus habere. Nam fluuius

Hic uerba nõ nulla in gręci exemplari deficere uidentur.

is ſi uſquam alter maxime profundus latitudine magna: impetu quoq; tan to ut in mare prorumpens longe diſtinctus feratur nuſquam cæteris maris aquis commixtus: ac ex ea pura bibendi nautis in medio pelago ſit facul-tas. Intra fluuium ubiq; præſidium habent Lazi ne nauibus hoſtilibus lo cum traiciendi ac in terram adplicandi tribuant. Imperator aūtem Iuſti-nianus Sabiroꝝ genti pecuniam ex fœdere pactam miſit: pauloante aliū quoq; exercitum magnū in Lazos miſit: qui nondum huc uenerunt cui pre fuit Rhecithangus homo Thrax genere, prudentiaq; & rei militaris diſci-plina inſignis. Et hæc quidem ſic ſe habuere. Mermoroes interea in monti bus quo confugerat uti mihi ſupra narratur exiſtēs. Petram inde ad uictū neceſſariis munire ſtudebat: quum non ſatis habere cibarioꝝ cuſtodes qui ad Tria millia relicti erant animaduerteret: ſed quæ in promptu erant uix ad ſumptum exercitui ſuo ſatis erant non minus q̄.xxx. milliū exiſtenti & ex eo nihil quod referret Petrā mittere poſſe exiſtimabat. Putauit itaq; eis potius fore partem exercitus magnam e Colchide diſcedere: paucoſq; hic re manere qui cōmodius ad Petræ præſidium quæ oportuna forent importa-re ualerent. Quāobrem Romæi & Lazi hoſtes mille inuadentes quoꝝ nul lus diffugere ualuit partim ceſi partim capti: quiq; circa Gubazen & Daſi-ſthæum & numerum Perſaꝝ exercitus & uiæ longitudinem diſcedere po-tuere & in quo loco res ipſoꝝ eſſent. Mouentes igitur cum toto exercitu ad uerſus eos profecti ſunt numero.xiiii.millia ut in recenſendis nocte milliti bus in ſtationibus apparuit. Perſæ igitur quū nihil obuiū in toto q̄ longo itinere habuiſſent nihil hoſtile cogitantes: ſimulq; fluuiū minime permea-bilem eſſe putantes alto ſomno dormiuerūt. Romæi autem & Lazi ante lu cem eximprouiſo irruentes partim dormientes partim ſemiſomnes in lectis iacentes offenderunt: quaꝓpter ipſoꝝ nulli uires adeſſe contigit: ſed plurimi deprehenſi ac interfecti ſunt partim capti inter quos unus fuit Præfectus: pauci admodū in tenebris ſequentes incolumes euaſere. Romæi itaq; & La zi hoſtium caſtra inuadentes multas inde opes ſunt adſecuti & arma & iu-menta: eoſq; longe inſectando ad Iberiam uſq; peruenere: hic & aliis occur rentes Perſis plurimos interfecere. Sic e Lazicæ Perſæ omnino diſceſſerūt. Romæi autem itemq; Lazi cum alia uſui oportuna tum farinæ plurimum hic inuenientes omnia cremauerūt quæ ex Iberia Barbari importauere ut Petram inferrent ac Lazoꝝ plures in anguſtiis reliquerunt: ut nō amplius huc uſui neceſſaria Perſæ importare ualeant: cumq; præda omni ac capti-uis reuerterūt Anno quarto expeditionis in Per ſas. Iuſtiniani uero imperii

Daphaſidis fluuii mira natura.

tertius & uiceſimus. Ioannes autem Cappadox anno ſuperiore ab Imperatore reuocatus eſt quo tẽpore finis item uitæ Theodoræ Auguſtæ aduenit: qui Ioannes ob ſuſpitionem magiſtratu deiectus: ſacerdotium ſumere compulſus eſt: quanq̃ in ei ſtatu in Phreneſim quandoq; atq; opinionem conſequendi imperii uenit. Querit enim Dæmon ambitioni homines deditos ſummoꝝ honoꝝ ſpe deludere qui præſertim cõſtanti natura ſeu propoſito non ſunt: quod Ioanni accidit: cui mira ac uana ſoliti prædicere homines quum alia tum futurum ut is quandoq; auguſti habitum indueret: quod forraſſe fatum in hoc uerũ apparuit ꝙ quidam ſacerdos nomine Auguſtus Byzantii Theſauri Sophiæ templi cuſtos ꝓpe aderat quando Ioannes ſacerdotis habitũ induit forteq; ſuam ceteris tunc deficientibus comodauit.

PROCOPII DE BELLO VANDILICO LIBER TERTIVS PER RAPHAELEM VOLA TERRANVM CONVERSVS •:•

IVSTINIANVS peracto Perſaꝝ bello Vandilicũ
cepit• Decedenti Theodoſio uiro imprimis iuſto duo fi-
li ſucceſſere Arcadius natu maior qui orientis:& Hono
rius qui occidentis Imperiũ tenuere• Sic enim diuiſum
iã dudũ a Conſtantino eiuſq; filiis qui eo rem traduxit•
Vrbemq; ante omnis longe clariſſimã cõſtituit & ab eo
nominari uoluit• Ambit enim Oceanus terram ſiue uniuerſam ſeu magna
ex parte : nam ingeminam eam diducens continentem hoc mediterraneũ
efficit: a Gadera incipiens in ip̃am paludem mæotidem deſinit• Harũ igiť
continentium altera quidem dextrorſus in paludem nauiganti Aſia uoca De orbis diui
tur• Ad Gaderam uero ac alteram Herculis columnam Septenſem ponuut ſione•
arcem ob ſeptem apparentes in eo loco montes• Huic aduerſa tellus Euro-
pa dicitur• Maris uero inter utrãq; anguſtia ſtad• lxxxiiii eſt• Ambæ itaq;
uſq; in Helleſpontum æquoribus diducuntur: cõueniunt rurſus circa Sex
tum & Abydum iterũq; apud Byzantium & Chalcedonem uſq; ad Cyane-
as Petras uocatas: ubi nunc Sacrum nominatur: quæ loca decem inuicem
ſtadioꝝ ſpatio dirimuntur• Ab altera enim columna uſq; ad alteram- longe
per littus eunti: non autem per ſinum Ionicum & Euxinum ſed e Cartha-
gine Conſtantinopoli & Idrunte recta incõtinentẽ tranſmittenti• cclxxxv•
dierum eſt iter expedito•Quæ autem circa Euxinũ conſiſtunt qui e Byzan
tio in Paludẽ tendit omnia deſcriptione difficilia: ꝙ Barbari a quibus Iſter
ſeu Danubius colitur minime famam illoꝝ faciant græcis• E Byzantio rur
ſus ad Iſtri Oſtia: quæ in Europa cõputantur dierũ eſt iter•xxii • Per Aſiæ
uero partem e Carthagine in Phaſim fluuiũ qui e Colchis in Pontum fluit
dierum eſt iter•xl• Omnis itaq; Græcoꝝ potentia iuxta mare iter eſt dierũ
cccxlvii• quod ſi quis uti ſupra narratur • Ionium ſinum ſtadiis longũ ma
xime•DCCC•ex Idrunte prætereat diebus non minus quattuor adnauiga
tio fuerit• Tale igitur in hodiernum diem Orientis Romanoꝝ Imperium•
Occidentis autẽ in Aphrica primũ nonaginta dierũ iter (tantundẽ enim
a Gadera ad fines Aphricanæ Tripoleos exiſtit) prorogať• In Europa ue-
ro•lxxv•iter: non tantundem ex altera columna ad Ionium ſinum cenſetur:
ſi quis autem ſinuũ nauigationem addiderit Imperator orientis•cxx• dierũ

iter ſortitur e Cyrene finibus uſq; ad Epidamnũ quod contra ipm Ionium ſinũ eſt nunc Dyrrhachiũ uocatũ circa item Euxinũ omnia uti ſupra nar raui Romæoꝝ ſunt• Vno autem die ex Athenis uſq; Megara•cxx•ſtadia ab ſoluũtur•Sic igitur utriq; continenti Romæi Imperatores dominatur•Bri tannia extra Herculis colũnas omniũ maxima ad occidentis ut par eſt Im periũ pertinet•Intus uero Ebuſa eſt ad ſeptem iter dierũ maxime protenſa duæq; circa aliæ Maiorica & Minorica ab incolis appellata•Haꝝ uero que libet alterutro Imperatori obtemperat ut intra illius fines ſitam eſſe contin git• Honorio igitur occidenti præſidente Barbari illius inuaſere regionem:

Gothi qui uero fuerũt & quomodo dicam•Gothicæ gentes multæ quidem & aliæ prius fuere q̃ nunc•Omniũ autem maximæ ac potiſſimæ Gothi & Vandili & Viſigothi & Gepedes iam dudũ & Sarmatæ & Melanchlæni appellati: Sunt & qui Geticas gentes has uocent: qui omnes nominibus quidẽ inter ſe differunt: cetero cõueniũt• Nam & albi ſunt omnes corpore: flaui comæ: proceri quoq; & aſpectu probo: legibus item eiſdem utuntur ſimiliter & Ar rianæ omnes opinionis: uoce una Gothica appellata utentes & ut mihi ſa ne uidetur•Ex una omnes gente procreati nominibus poſtea ab eoꝝ Duci bus uaria ſortiti• Is autem populus loca ſupra Iſtrum iam pridem incolue

Gepedes re• Deinde Gepedes loca circa Singidum & Syrmiũ tenuerunt•Intra uero

Viſigothi & extra Iſtrum meo uſq; tempore nunc habitant • Ex his igitur Viſigothi hinc mouentes primũ quidem in ſocietatem cũ Arcadio uenerunt : tẽpore

Alaricus uero procedente minime in fide perſeuerantes duce Alarico inſidias alteri Imperatori parauerunt : e Thracia enim mouentes omnẽ Europam bello infeſtauere• Alaricus deinde Roma diſceſſurus Attalum quendam nobili ortũ genere Romanoꝝ Imperatorẽ cõſtituit:diademate: purpuraq; & aliis exornans inſignibus hoc animo ut Honorio eriperet : huic uero tribueret occidentis Imperiũ• His itaq; geſtis Attalus & Alaricus cum exercitu Ra

Attalus uennam inuadunt•Erat autem Attalus ipe nec per ſe ſatis regere aptus: nec bene conſulenti credere uiſus : inſup in Aphricam præfectos ſine exercitu

Conſtantinus minime probante Alarico miſit•Britania interim a Romanis deſciuit•Con

Britaniæ tyrã ſtantinũq; ſibi regem conſtituit uirum quidem haud obſcurum • Is ſtatim

nus• armatus cũ exercitu ſatis magno in Hiſpaniam atq; Galliã ruit• Honorius uero naues in munitione paratas habens tantũ in Aphrica occaſiones ex pectabat ut ſi ab Attalo miſſi repellerentur ipſe prinus adnauigaret: eiuſq; Imperii partem conquireret : ſi uero illic res minus proſpere orirentur ad Theodoſiũ ſe conferre cogitabat ut una ſuper his animaduerterẽt• Arcadio

enim longe antea decedenti Theodoſius filius in Oriente ſucceſſit. Hæc Honorio meditanti ac animo fluctuanti admirandi fortunæ ſucceſſus contigerunt. Amat enim deus non quidem aſtutos aut aliquid domi machinantes: ſed extrema in anguſtia conſtitutos modo nō ſint improbi: quemadmodum huic contigit Imperatori: ut enim ſtatim nuntiatū eſt ex Aphrica Attali præfectos interiiſſe nauium multitudo protinus e Byzantio ſibi non expectanti auxilio adeſſe uidit. Alaricus autem cum Attalo ob eius ignauiam indiſſenſionem ueniens imperatoriis priuatum inſignibus in cuſtodia tenuit. Interea Alarico morbo extincto Viſigothoꝝ exercitus duce Adaulpho Galliam petiit:& Conſtantinus quem Britanniæ tyrannum diximus bello ſuperatus una cum liberis interiit: nec eam propterea Romani liberauerunt ſuccedentibus continuo tyrannis. Gothi autem Iſtrum tranſeuntes primo quidem a maleſitio non temperabant donec permittente Imperatore Thraciæ loca incoluerunt:nec tamē diu quum ulterius tranſeuntes rerum in Occidente ſunt potiti: ſed hæc in bello poſtea Gothorum dicentur. Vandili interea circa Mæotidem conſidentes ubi fame preſſi ſunt in Germanos qui nunc Franci dicuntur ſimulq; Rhenum fluuium traiecerunt in ſocietatem Alanos Gothicum & ipſum genus adſciuentes inde poſtea duce Gogidiſco in Hiſpaniam penetrauere quæ primum ex Oceano e Romanoꝝ ditione occurrit: cum Gogidiſco Honorius conuenit ut in hac ſedes minime tamē cæteris habitatoribus nocētes haberet. Nam quum lex Romanis eſſet ut his qui iam annis.xxx.ad manus ſua non poſſideret: ob præſcriptionem ius amplius repetendi non eſſet: qua annorum præſcriptione Vandilis nullo pacto uti liceret. Honorius igitur ad hunc modum Occidente lacerato morbo exceſſit cum quo Imperium antea Conſtantius ſimul geſſit Placidiæ ſororis uir qui ob uitæ breuitatem nihil laude dignum uiuente Honorio geſſit. Huius igitur filius Valentinianus iam a nutrice liber apud Theodoſium educabatur. Interea Romæ Ioannes quidam e militibus Honorii occupat Imperiū: uir quidē ingenio mitis ac uirtute præditus qui annis quinq; qbus prefuit nec delatoribus aures adibuit nec cedem ullam iniuſtam: nec deniq; pecuniæ gratia quicq̃ fecit: contra Barbaros nihil penitus geſſit ꝗ̃ e Byzantio bello ſit ipſe petitus. Cōtra hunc igit̃ Theodoſius Arcadii filius exercitū magnū ſimul cū ducib9 Aſpare & Aſparis filio Andaburio mittēs eū e tyrānide deiecit: ſimulq; Valentinianū aduc puerū rebus ꝑfecit. Is Valētinian9 hūc Ioannē captū priuatūq; altera dextra ī hippodromo cōiecit:aſinoq; inſidētē cū omni cōtumelia circūduxit

Vandili

Gogidiſcus

Conſtantius

Placidia

Valētinianus

Ioannes tyrānus.

ad extremūq; necauit. Ad hunc igitur modum Occidentis initio Imperio
De moribus Valentiniani Valentinianus ꝙ a Placidia matre in omni mollitie nutritus atq; illius ui-
tio effeminatus ad incantamenta mathematicaq; ſe cōuertit utq; matronis
potiretur alienis omni ſtudio ac uitæ infamia curauit quanq̄ & ipſe uxore
longe formoſiſſima non carebat. Qua propter eo ob ignauiam uenit ut nō
ſolum amiſſa recuperaret: ſed denuo Aphricam amitteret in qua talia con-
Aetius Boniſatius tingerent. Duo Romanoꝝ erant tunc duces Aetius & Boniſatius belli di-
ſciplina nullis ſuoꝝ temporum ſecundi: uerum inter ſe in adminiſtratione
diſcordes præterea animi magnitudine & reliquis uirtutibus ita præſtitere
ut ſi quis ipſoꝝ alterutrum ſummū Romanoꝝ dixerit non errauerit. Boni
fatium itaq; Placidia Aphricæ totius Præfectum fecit inuito uerū diſſimu-
lante Aetio ꝙ nondum aperta eſſet inimicitia. Poſtq̄ uero is ad locum per-
uenerat Aetius manifeſto obtrectare laudibus eius: maleq; ad Placidiam re
ferre: inſuper ꝙ Aphrica tota per eum ſpoliaretur accuſare cepit: rem facile
poſſe deprendi: ſi iuſſus fuerit minime reuertatur. Vbi uero hæc illa acce-
pit conſilium ſibi placere ſeq; ita facturam dixit. Aetius uero negotiū præ-
ueniens epiſtolam Bonifatio ſcribit uti caueat eum Placidiæ ſuſpectum ha
bere: quærereq; delendi occaſionem & hanc fore coniecturam ꝙ primum
abſq; ulla cauſa diſcedere iuberetur: quod ubi ille legit miſſis eueſtigio qui
eum reuocabant reſpondit ſe nullatenus nec Imperatori nec matri obtem-
peraturum. Quocirca Placidia Aetium opinata rebus Imperatoris fauere
maximeq; fidum: illum uero infidum ac ſuſpectum eſſe arbitrabatur. Boni
fatius ex altera parte in hoc animi eſtu nec Imperatori mouere bellum im
par uiribus eſt auſus nec Romam ob metum uenire ſed Vandilis tantum
ſe coniugere cogitauit qui in Hiſpania parum ab Aphrica diſtante uti ſu-
pra dixi conſtiterant. Hic Gogidiſco defuncto eius liberi ſucceſſere Gon-
tharis ex matrimonio & Gizerichus nothus cui ꝙ armoꝝ peritus eſſet &
frater eius adhuc puer rerum ſumma delata. Boniſatius igitur certos fide
les in Hiſpaniam utrumq; fratrem ſibi conciliatum mittit: monſtratq; ſi in
Aphricam traiciant in tris eam inter ſeſe partes poſſe diuidi: ex quo facile
contra inſurgentes inita ſocietate ualeant inuicem iuuare. Igitur Vandili
ſtatim accepta cōditiōe ꝑ anguſtias Herculei freti in Aphricā penetrāt: Vi
ſigothi paulo poſt in Hiſpania ſucceſſere. Interea Romę amici Boniſatii ſa
cin9 cōſiderātes quē ſemp in officio ꝑſeuerātē cognouerāt ſatis admirari nō
poterant: nōnulliq; iuſſu Placidiæ Carthaginē delati eundem conueniunt
ubi uero Aetii inſidias: ac litteras ab eo exibitas conſpiciūt: ſtatim reuerſi.

Placidiæ rem omnem deferunt: Bonifatium nõ ſua ſed aliena culpa erraſſe dicunt• Illa animo perculſa cum Aetio quidem diſſimulauit: nec quicq̃ eoꝝ quæ contra Imperatorẽ geſta erant probro obiecit ꝙ exercitum rerũq; ſummam in poteſtate haberi & res in diſcrimine iam eſſet: uerum Bonifatii amicis omnia cõmunicauit: de Aetii fraude uehemẽter conqueritur: iurat ſeſe æquam Bonifatio fore ſi illi rem animo detractare tum rem Romanam a Barbaris perditũ iri nõ pmittere perſuadeant• Hæc ubi illa accepit facti ilico penitens & initam iam ſocietatẽ deteſtans Vandilos multis millibus nũmũ tentare cœpit uti ex eo loco diſcederent: qđ quũ minime auſcultarẽt quin ꝓbris potius inſultare uiderent̃ neceſſe fuit ad manus uenire• Victus Bonifatius Hipponẽ regiam ſe recepit ciuitatẽ Numidiæ marittimã ac munitiſſimã: Hanc Vandili Gizericho duce exercitu admoto opſederũt• Gotharis uero iam deceſſerat a fratre uti putatur interfectus• Vandili autem illum potius dicunt in Hiſpania a Germanis captum paloq; infixum iam in Aphrica Gizericho res gerente• Tempore autem longo procedente quũ neq; ui neq; conditione ulla oppidum id expugnare poſſent fame urgente opſidionem reliquerunt• Interea e Conſtantinopoli Romaq; exercitu adueniente cũ Aſpare duce Bonifatius Romaniq; qui in Aphrica erant ſpiritus adſumẽtes acriter reſiſtere ceperũt: uerũ nõ melior priore fortuna ſucceſſit: uicti ad unum omnes alii alio fugam arripuere: Aſpar Conſtantinopolim unde uenerat Bonifatius Romam profectus ſeſe Placidiæ ex his quoꝝ culpa uocabat reconciliauit• Hoc igitur modo Vandili Aphricã Romanis eripuere Captiuos uero quos ceperant in cuſtodia habuere inter quos Martianus fuit qui poſtea Theodoſio ſucceſſit• Quũq; Gizerichus forte ꝑciperet uti captiui in aula ſub dio cogerentur ut adſpectibus eoꝝ conſideratis ſane conſpiceret ſi quis regiam haberi indolem ac indigna ꝑſente fortuna pateretur interim: idem inedia ac labore feſſi humi obdormiſcerent Aquila forte uolitans ſupra Martiani caput paſſis adſtitit alis• Gizerichus igitur portẽtũ tacite notãs nõ fruſtra hoc fore: iuſſum ad ſe uenire q nã uir eſſet interrogat: Ille ſe Aſparis Archanoꝝ omniũ ſotiũ eſſe inqt quẽ Romani Domeſticũ uocãt• Gizerichus itaq; meditans & Aquile geſtũ & Aſparis quãta eſſet apud Byzãtiũ potẽtia: hominẽ de medio tollere ab re putauit eſſe: neq; uerisſile ut ſupra q̃ primũ interituro ſigna uolatu illa oſtẽdiſſet nulla eni rõne eũ interfici oporterẽ: nã ſi poſtremo regnaturꝰ eſt morti nõ eſſet apud eũ derelictꝰ ꝙ ea q̃ deo ſũt decreta nullatenꝰ ꝓiberi poſſũt• Q ua ꝓpter iureiurando eũ obligat ſibi amicũ fore nec ullo pacto cõtra Vandilos uenturum•

Aſpar

Martiani principis•

Sic igitur dimiſſus Martianus paulo poſt Theodoſio defuncto ſucceſſit rerumq; habenas ſuſcepit optimuſq; fuit Princeps: quæ uero in Aphrica uerſabantur in nulla ratione habuit ſed hæc poſtremo tempore facta ſunt. Gizerichus poſtq̃ Aſparem & Bonifatium uiciſſet prudenter animo fortunæ uarietatẽ examinans formidanſq; ne e Conſtantinopoli Romaq; ſimul contra nouus mitteretur exercitus quum ſuæ uires Romanorũ armis non eſſent æquandæ & humana ſepe contingi adeo mutari & corpora deficere: potius ob ea quæ ratione metuebat moderatum q̃ ob iam partam uictoriã elatum animũ gerere ſtatuit. Itaq; fœdus cum Valentiniano iniit tributũ quotannis ſimul cũ Honoricho filio opſide dedit: quẽ paulo poſt amicitia inter eos gliſcente ſponte recepit. Placidia interim Romæ moritur & Valẽtiniano uirili prole carenti duæ tñ fuere ex Eudoxia Theodoſii filia natæ

Maximus ſenator. quomodo autem interiit breuiter repetam. Maximus erat quidam e Senatoribus unus ac e ſtirpe illius Maximi Tyranni quem Theodoſius ſenior ſuſtulerat pro qua uictoria Romani quotannis feſtũ agunt: huic uxor formoſiſſima ſimul & prudentiſſima fuerat qua Valentinianus amore incenſus quum potiri cuperet reſq; admodum ardua foret rem iniquam excogitauit. Maximum iuſſit ad ſe in palatium uenire quo cum talis colludens auro certo propoſito: anulum eius uictor nactus eſſet: hunc clam ad uxorem mittit uiri nomine ut q̃ primum ſigno perſpecto in palatium ſalutatum Eudoxiam Imperatricem ueniat. Illa ſubito paret: quam certi quibus res nota ac mandata erat protinus in aula excipientes longe in Gyneconitidem duxerunt ubi Valentinianus occurrens uim ei attulit. Illa poſt hæc meſta domum regreſſa calamitatem fatumq; ſuum flere: uirumq; magnopere deteſtari cepit ut qui occaſionem huic rei dederit. Maximus uero dolore ingenti perculſus de inſidiis contra Imperatorem ſecum meditatur: quumq; uideret Aetium tunc maximũ ducem qui paulo ante clariſſimã uictoriam de Attila Maſſegetarũ Scytharumq; exercitu armato contra Romanũ Imperiũ ei ſuccurrit ita agere ut laudẽ omnẽ ac merita geſtorũ amitteret: ſuſpectum illũ reddere Imperatori: tẽpus quoq; cõmodũ tũc uiſum ꝙ longe ab eſſet ꝙ ſpes in eo potiſſima Romanorũ eſſet cũ Eunuchis agit quorũ cuſtodiæ uti fidiſſimorũ corporis ſui curam Imperator tradiderat ut ei perſuaderent Aetium rebus nouis ſtudere: Imperator facile credens ſuſpectumq; illius habens uirtutẽ ut interficeretur mandat: fertur & proximũ quendam ex Romanis interrogaſſe an utilis foret Aetii mors: ille autem reſpondiſſe hoc ipſe uideret bene an male: ſe tantum ſcire ꝙ ſibi dextram altera manu

Aetius a Valẽtiniano interfectus.

Attila rex.

incideret• Igitur ſublato Aetio Attila: ut qui nullũ amplius aduerſariũ ha/
beret nullo negotio cunctam populatur Europam occidentiſq; Imperiũ tri
butariũ conſtituit• Nam & Imperatores quotannis tributum ei dare pſeue
rauerunt Talem ei felicitatem Aquileia direpta pbuit ciuitas potentiſſima
ſimulq; frequentiſſima preterea iuxta Adriaticũ conſtitutam•Dicunt enim
longa iam opſidione feſſi quum iuberet exercitum rebus infectis diſcede
re in dictaq; poſtera die in exortu ſolis: quodã pmotus auſpitio deſtitiſſe:ſi
quidem Ciconiam in turri quadam ciuitatis animaduerterũt inde pullos
ſuos paulatim auferentẽ quũ nõ ſatis firmi adhuc aduolãdũ qſq; ſupra pce
dentis dorſum innitens ex ſucceſſione una omnes euolauerũt:qd Attilas in
ſpiciens(erat enĩ in auſpicioꝝ cõiectura ingenio ꝑſpicax) iuſſit exercitũ ſi/
ſtere nõ enim fruſtra inquit hec auis nidum deſereret niſi malũ quid diui/
nitus ciuitati euenturũ preſagiret quod profecto euenit: nam poſt paulo eã
muri partem ubi nidus fuerat ſponte nullaq; ui corruentem conſpexerunt
unde Barbaris ingreſſus fuit & ciuitas tota direpta • Et hæc circa Aquileiã
hoc modo contigerunt• Interea Romæ Maximus Imperatore nullo nego
tio interfecto tyrannidem capit Eudoxia potitur eamq; ſibi cõiugio iungit:
quum forte antea prima uxor deceſſiſſet : ciuſq; tandem amore dum una
cubaret ſe faſſus eſt uirum interfeciſſe quod illa exacerbata prius animo ac
de ultione uiri cogitans multo magis ob eius uerba & animũ impudicum
detectum ad uindicandum facinus eſt incenſa • Vbi igitur illuxit Cartha/
ginem mittit rogatum Gizerichum ut uiri necem ab impio Tyranno in/
terfecti ulciſci uelit : ipſam uero indigna ab eodem pati : Imperium occu/
patum : omnia proditioni iri : addit quoq; ex officio illum facturum ſi ad/
flictis auxilium ferat : quum in amicitia ſocietateq; Valentiniani eſſet : &
Conſtantinopoli nullam eſſe ſpem Theodoſio iam extincto & Martiano
Imperante • Gizerichus igitur auaritia imprimis permotus ſpeq; opum
maximæ conſequendarun ingenti claſſe in Italiam adnauigans Romam
nullo aduerſante facile ingreditur• Maximum eueſtigio Romani fugien/
tem inſectati lapidibus obruunt membratimq; diſcerpunt • Gizerichus
uero Eudoxiam ſimul cum Eudocia & placidia eius ex Valentiniano filia/
bus capit : Gazamq; omnem Imperatoriam in nauibus poſitam ſecum in
Aphricam tulit : ac ſi qua erant Romæ decora inter quæ Iouis Capitolini
tegularum ex ære auratarum partem dimidiam adripuit• Vnam uero ex
his nauibus ubi ſtatuæ fuerunt tempeſtate periiſſe dicunt : cæteras inco/
lumes in Aphricã delatas e captiuis mulieribus Eudociã Honoricho filio•

Ciconia apud Aquileiam•

Tegulæ auratæ Iouis Capitolini•

Placidiam uero Olybrio nobili Senatori Romano: locauit: quam Placidiam ſimul cum Eudoxia matre: Rogante Leone Imperatore Conſtantinopolim miſit: qui poſt Martianum Aſparis opera Imperio ſucceſſerat. Gizerichus poſt hæc ad Aphricæ ſtatum cõuerſus ciuitates omnis præter Carthaginem menibus nudauit: ut neq; ipi Aphri Romanoꝝ agentes prædam haberent quo ſe reciperent: neq; Romani ſi ab Imperarore in Aphrica mitterentur dum diſcedunt muniras præſidiis relinquant: negotiumq; ꝓpterea Vandilis faciant: quod quãq̃ bene ab initio ſuccedere uideretur tẽpore ꝓcedente Beliſarius loca ſic diſtincta & immunita paruo negotio cepit: ex quo Gizerichus ridiculus eſt uiſus qui quod optimũ ei uidebatur conſilium in ſtulticiam damnũq; uerſum uidit. Homines enim ex euentu poſtea fortunæ quæ prius cõſulta ſunt iudicant. Gizerichus deinde ſi q̃d inter Aphros boni fuerat aut agri aut rerũ aliaꝝ omne inter filios diuiſit Honorichum & Genzonem nam Theodatus omnibus iunior iam deceſſerat ſine liberis. Ceteros itẽ agros optimos Aphricæ a dominis ereptos Vandilis diſtribuit qui aduc hodie Vandiloꝝ agri uocantur liberiq; fuere longo tempore poſſidentibus: nam ab omni eos uectigali aut triburo imꝑpetuũ liberauit: quin ſi quis nõ bonam nactus terram ſibi uideretur illam prioribus poſſeſſoribus dimittere licitum erat & ex publico tãtundẽ accipere: ac cũ aliis cõmutare: Itaq; hoc pacto Aphri fruſtra ſua poſſidebant atq; appellabant: quaꝓpter multi multis de cauſis fugiebant & interficiebantur potiſſime uero q̃ pecuniam ſi quis haberet domi abſcondebat: ſic omnis Aphrica calamitatibus inuolura uidebatur. Inſup Gizerichus Vandilos & Alanos in inſidiis & locis oportunis cuſtodiæ gratia poſuerat cum ducibus non minus octoginta quos Chiliarchos uocabat: quũq; quinquaginta milliũ tm̃ eſſet exercitus ſpeciem octoginta præbebat: ab initioq; Vandilos tantũ & Alanos auctoratos habuit deinde numero cottidie gliſcente Barbaros alios in ſocietatẽ adſciuit cuncti tñ Vandiloꝝ nomine appellati præter Mauruſios quos demũ & ipos in exercitu accepit. Poſt mortem uero Valentiniani aliquot annos ueris initio continuo longas fecit prædando ac populando excurſiones nũc in Siciliam: nunc in Italiam ciuitates inſuper partim diripiendo partim ſolo æquando ubi uero omnia deleuit ad orientis cõuerſus Imperium. Illyricum omne ſimul & Peloponneſum hiſq; adiacentes inſulas cũ reliqua Græcia inuadit. Ad Italiã rurſus Siciliãq; reuertẽs ſi q̃d erat reliq diripuit. Ferũt quondã quũ e Carthaginis portu uelis paſſis ſoluturus eſſet: interrogatus a nauclero quo tendere populabũdus uellet reſpõdiſſe quo deus impuleritt

Vandiloꝝ excurſus in Italiam.

adeo ex nulla cauſa in obuios quoſcũq; hoſtiliter ferebatur• Talem igitur
Imperator Conſtantinopolitanus audaciam peroſus contra Vandilos mo
uere decreuit cuius exercitus terreſtris fertur ad Millia centũ fuiſſe: claſſis
autem magnitudinẽ undecũq; ex omni Græcia collectam habuit: in mili
tes & nautas ſumptus ingentes oſtendit: eo ꝙ contra Barbaros ꝓcul ituri
eſſent ferunt enim milia trecenta in hoc bello fruſtra erogaſſe & ut uictoriã
de Vandilis minime adſequeretur: claſſis prefectum Baſiliſcũ miſiſſe Veri
næ cõiugis fratrem: imperio tunc maxime fidum: quod tutum ſibi fore ar Baſiliſcus
bitrabatur Aſparis durante amicitia•Ipſe enim Aſpar ꝙ ſecta eſſet Arriana Aſpar
Imperator eſſe non ualuit• Leonem tñ facere potuit: cui paulo poſt inſidias
uiſus eſt tendere metuens ne ex uictoriæ Vandilicæ ſucceſſu elatus non
æquus ei tum cæteris Imperii rebus foret qua ꝓpter multa Baſiliſco diſcedẽ
ti mandaſſe tum ut bellũ duceret ſuaſiſſe fertur• Leo uero iam Artemium
ſenatorem opibus ac genere magnũ ad Imperium occidentis ſuſcipiendum
miſerat: ut Vandiloꝝ bello auxilio foret• Gizerichus uero Olybrio item ſe
natori potentiſſimo pollicetur ut ſi una conſpiret ei occidentis Imperium ſi
mul cum Placidia Valentiniani filia ſe daturũ: quo fretus maiores adſum
pſit ſpiritus: audaciuſq; omnẽ Imperii ditionem uexauit• Erat ea tempeſta
te in delmatia quidam Marcellianus notus Aetio uir admodũ probus qui Marcellianus
poſt Aetium interfectum ad Imperatorem redire recuſauit res in ea parte
nouas excitando eaq; fuit potentia ut nemo reſiſtere auderet• Leo igiẽ hũc
metuens omnibus modis ſibi conciliatũ in Sardiniam miſit ut eam a Van
dilis liberaret: quod breuiter ac facile factum• Heraclius interea e Byzan
tio cum claſſe in Aphricam ueniens apud Tripolim Vandilos uicit naui
buſq; dimiſſis: cum exercitu pedeſtri aduerſus Carthaginem tendit: hic igi
tur initiũ belli• Baſiliſcus enim cũ tota claſſe ad paruũ oppidum a Cartha
gine non minus•cclxxx•ſtadiis diſtans adplicuit ubi Mercurii templũ an
tiquitus conditũ fuit: ꝙ ſi minime cunctatus inde eueſtigio Carthaginem
aduolaſſet ipſam ꝓculdubio cepiſſet: Vandiloſq; ſimul in ſeruitutẽ redegiſ
ſet• Gizerichus autem ubi Sardiniam ac Tripolim captas audiuit ſimulq;
Baſiliſci claſſem ingentem animaduertit Leonem Imperatorẽ ut admodũ
inexpugnabilem formidare cepit• Tantam itaq; uictoriæ occaſionem ami
ſit ducis ſiue tarditas ſiue ignauia: ſeu etiam proditio• Gizarichus autem
Baſiliſci indiligentiam nactus hæc geſſit•Imprimis ſubditos omnis ueloci
ter cum nauibus quibus poteſt armat: partim uiris uacuas mictit ut repen
te adnauigãtes cum inſtrumẽtis ac munitionibus ſint pſto parati:interimq;

legatos ad Baſiliſcum mittit rogatum uti quinq; dierum ſpatium prœlium
ſupſedeat donec quid nam facturus ſit tempus habeat deliberandi an Im
peratori obtemperet ac cum eo cõueniat • Ferunt quidam hanc auri corru-
ptione nactus oportunitatem fuiſſe: & hæc quidem hoc modo ſe habuere•
Artenius Artemius autẽ qui Occidentis ſuſceperat Imperium paulo poſt ab eius ſo
Olybrius rorio Recimere de medio tollitur: Olybrius ei ſuccedẽs breuiter & ipſe eun
dem ſortitus eſt exitũ• Decedente interim in Oriente Leone alter Leo eius
ex Ariadna filia & Zenone nepos puer adhuc una cum Zenone patre uo-
Maiorinus lente populo imperauit: ac paucis poſt diebus extinctus eſt•Sed Maiorini
fas meminiſſe fuerit qui antea prius Romæ imperauit: hic enim cunctis
qui occidenti præfuere uirtute anteferendus•Nam & contra Vandilos for
tiſſime bellum ſumens maximo collecto exercitu in liguribus conſtitit: ipſe
dux impiger nullum neq; laborem recuſauit: neq; ullam benegerendæ rei
occaſionem prætermiſit: primuſq; qui Vandiloꝝ Gizerichiq; mores ac mẽ-
tem exquireret & an Aphri bene an male erga nos adficerent quod nulloꝝ
auditione ſed ꝓpriis deprehendit oculis• Legatus enim quondam ab Impe
ratore miſſus cauſa ineundæ concordiæ alio ſibi uultu ac nomine mutato
ne forte notus incõmodũ pateretur & quæ agenda erat impediret talia cõ-
mentus eſt•Crines flauo ſibi colore infecit ꝙ fama ſit Vandilos auro fuluos
ſimiles habere ad eũ proficiſcitur Gizerichus q̃ primũ ut amicum uenien-
tem honorat: ducitq; in penitiorem domus habitationem ubi arma cuncta
diſpoſita: multaq; præcioſa alia & præclara fuere•Hic forte ſponte ſua cõ-
motis armis fit ingens ſonitus ut locus contremere ſit uiſus: ex quo Gizeri-
chus terremotũ eſſe ſuſpicans foris interrogat an quicq̃ audiuerint neganti
bus omnibus: unde mirum hoc naſceretur conicere nullo modo ualuit•
Hic aliqua Maiorinus igitur omnibus quæ uolebat exploratis in Liguriam ad exerci-
uerba puto de tum reuertit: quem terreſtri itinere ad Herculis colunnas ducens inde per
ficere in græ- anguſtias freti tranſire in Aphricam cum hoſteq; congredi omnino cogita
co exemplari• bat tãta ipſius exercitus admiratione ac uolũtate ob eius uirtutẽ ut in ſpem
uenerint certam omnes breuiter Aphrica per eum potituros: Verum eo ex
morbo paulo poſt decedente ab incepto deſtitere uir q̃ ſuis mitiſſimus: tam
Nepos hoſtibus formidoloſus: poſt quem Nepos paucis diebus & ipſe habenas im
Glycerius perii morbo ſimiliter extinctus: cui Glycerius eodem quoq; fato ſucceſſit
Auguſtulus ad extremũ uero Auguſtulus• Alii item Imperatores antea in Occidente
fuere quoꝝ nomina prudens prætereo ꝙ breuiter præfuerint & nihil ab eis
præclarũ ſit geſtum• Hæc igitur in Occidente ſunt acta: Byzantii interea

Baſiliſcus cupiditate dominandi tyrannidem nullo negotio ſumpſit Zenone abſente qui una cum uxore in Iſauriam ob metum ſeceſſerat quũq; octo menſes ſupra Annũ tyrannidem exercuiſſet omnibuſq; ob eius auaritiam & aulicis & militibus infenſus eſſet a Zenonis tandem exercitu petitus eſt ubi ꝓpe amboꝝ copiæ in conſpectu fuere Armatus: ſic enim Duci nomen erat qui ab eo miſſus fuerat Zenonis ducibus ſe cum toto tradidit exercitu Baſiliſcumq; Zenonis filium Cæſarem conſtituit: ac patri poſt mortẽ ſucceſſorem. Igitur Baſiliſcus Conſtantinopoli accepto cladis ac proditionis nuntio ꝓtinus in templũ confugit ubi captus ab Acacio præſule Conſtantinopolitano ob eius impietatẽ ac Zenoni traditus eſt. Nam ab orthodoxa fide deficiens in Eutychianam ſectam inclinauerat omnemq; uitam peſſimis moribus inquinauerat ex quo odio cunctis erat. Zeno rurſus Imperiũ repetens Armati offitiũ ante omnia probauit: uerum paulo poſt eum in ſuſpitionem uenientem de medio ſuſtulit. Baſiliſcum autem tyrannũ ſimul cũ uxore & filiis in Cappadociam mittẽs hiemis tempore iuſſit neq; ueſte neq; cibariis iuuari: ex quo breuiter una inter ſe complexi corporibus collacrymantes miſere perierunt: unde tyrannidis penam breui tempore dedit: ſed hæc poſtea contigerunt. Gizerichus tunc uti dixi Marcini legatione deceptus nihilo ꝓpterea minus Romanis reſiſtere paratus erat: tamen abſtinuit fœdere cum Zenone inito ſine ulla temporis præſcriptione: quod & ipſe Zeno & eius ſucceſſor Anaſtaſius uſq; ad Iuſtinum ſeruauere. Huius demũ ſororis filius Iuſtinianus rem ſuſcepit ſub quo bellum hoc fuit modo quo inferius narrabitur. Paulo poſt Gizerichus iam ſenex decedens teſtamentum condidit in quo quum alia multa Vandalis mãdaret tum ut per manus eius regni ſucceſſores illi ꝓpinquiori ex genere uirilis prolis traderentur & ex his qui ætate præcederent. Deceſſit poſt Carthaginem ab eo captam annis. xxxix. Honorichus eius ſenior filius ſucceſſit: quum Genzon frater iam deceſſiſſet Mauruſii qui metu Gizerichi nihil prius auſi fuerant poſt eius mortem Vandilis q̃ plurimis incõmoda intulere: paſſiq; item ipſi ſunt. Fuit autem Honorichus in Chriſtianos ſeuiſſimus omniũ ſuoꝝ eos in Arrianam ſectam deducere omnibus contumeliis cogens aut igne aut aliis ſupplitiis cogens multis etiam linguas incidendo: ſuntq; uſq; meo tempore Byzantii qui impedita ſunt uoce: non autem omnes hoc penæ genus paſſi ſed ſi duo conſcii fuiſſent amicaꝝ cum illo concubitus loqui amplius non permittebantur. Deceſſit Honorichus ex morbo Mauruſiis iam in monte Aurario conſiſtentibus (eſt enim hic mons in Numidia iter dierũ. xxxiii. Mós Aurari9

a Carthagine diſtans ac ad meridiē ſpectans) ubi ſe a Vandilis tuebantur nō ualentibus in monte Arduo bellum eis inferre. Honoricho extincto

Gūdabūdus Gundabundus Genzonis fratris filius ſucceſſit qui ꝑprior genere Gizerichum attingebat cū Aphris pluribus decertauit prœliis Chriſtianos imitatione ſuoꝝ ſuppliciis etiam maioribus adflixit. Exceſſit ex morbo anno regni.xii.

Traſamūdus Poſt quem frater Traſamundus rem ſuſcepit uir indole ſapientiæ maxima tum animi magnitudine omnis maiores antecedens: Chriſtianos non penis corporis aut ſuppliciis ueluti illi ſed premiis ac honoribus omnibus ad deſerendam fidem inuitauit: non auſcultantes uero minime plectebat: ſi quos magnis criminibus obnoxios uidiſſet ſeu fortuna ſeu uoluntate hos non dare præteritoꝝ penas ſed pmiis muneribuſq; meliorem induere mentem cogebat. Fuit autē Anaſtaſio principi amiciſſimus: Sub hoc item Vandili magnū a Mauruſiis incomodū accepere: quale nūq̄ antea cōtigit.

Cabion Cabaon præfectus quidam apud Tripolim erat bello exercitatus & animo uafer ubi audiuit ſe a Vandilis bello peti talia comentus eſt. Primū ſubditos iuſſit ab omni iniuria ac cibis lautioribus præterea mulierū concubitu apſtinere geminū quoq; uallū conſtitui in altero ipſe cum exercitu omni uiroꝝ eſſet: In altero mulieres cōcluſit pena mortis ꝓpoſita ſi quis ad id adcederet. Poſt hæc certos antea mittit exploratores cū his mandatis q̄ primū Vandili exercitum mouerint ſi aliquod templum ex his quæ Chriſtiani honorant ꝓfanauerint ubi ſtatim inde diſceſſerint cōtraria illis agant templū uidelicet purgando. hoc enim non ab re dicebat ut deum quem Chriſtiani colunt ueneraretur. Nam ſi uti fertur pius erit par eſt ut iniquos ac ei cōtumeliam inferentes plectat: famulantibus uero pſto ſit. Igitur exploratores ubi ad Vandilos uenerunt eoſq; Tripolim cū exercitu petere cōſpexerunt: ſecuti ſunt & ipi humili habitu ac ſpetie Vandili prima die in templis Chriſtianoꝝ ſe cum equis ac aliis animalibus locant: nullū more ipoꝝ in deum eiuſq; habitationem probrū ꝑtermittentes ſacerdoteſq; & æditituos colaphis terga uerberantes more uiliū ſeruoꝝ ſibi miniſtrare cogebant. At exploratores ubi diſcedentes uidiſſent mandata Cabaonis ꝓtinus exſequebantur: templa purgant ſtercuſq; ac ſi quid aliud immūdum a gente turpiſſima relictū educūt: odorem incendunt ſacerdotes ab eis ludibrio habitos adorāt: argentum pauperibus præbent qui pro templis rogantes conſidebant. Sic igitur toto itinere Vandilos ſecuti quæ illi profanabant ipi continuo ſedulitate ac omni pietate reſarciebāt. Vbi uero Cabaon hoc accepit eueſtigio exercitū in occurſum educit ſepiitq; uallo Camelis circa ꝓ munime diſpoſitis

ex eiſq; duodecim in fronte collocauit• Pueros autem ac feminas omnemq; imbellem turbam ſimul cum Theſauro in medio ponit; fortiſſimos quoſq; ad Camelorꝝ pedes cum ſcutis conſtituit• Sic itaq; collocatis Aphris Vandili ancipites qua nam aggredi eos oporteret nõ enim neq; iaculatores neq; ſagiptarii neq; etiam pedites qui in pugnam procederent erant; ſed tantũ equites omnes haſtis plurimũ ac enſibus utentes quibus nullo modo eo minus aduerſariis nocere poterant: præterea equi a Camelorꝝ adſpectu perterrefacti progredi non audebant• Qua propter magna ipſorꝝ ſtrages frequentibus ab hoſte ſagiptis irruentibus facta eſt• Hæc igitur Traſamundus ab Aphris paſſus paulo poſt deceſſit rex annis•xxvii• Cui Ildérichus Honorichi Gizericho nati filius ſucceſſit qui & ſuis & Chriſtianis æque mitis extitit: armis tamen minime ob mollitiem idoneus minimeq; exercitatus: uerũ his pĕrat Amer eius propinquus quem alterũ uocabant Achillem ea fortitudine fuit• Huius itaq; auſpiciis cuncta gerebantur• Sub hoc etiam rege alteram contra Vandilos habuere uictoriam Aphri qui apud Byzantium duce Antala qui Theoderichũ tunc in Italia exiſtentem in ſocietatẽ adſciuerũt Gothoſq; omnis pollicitationibus corruperunt ut Ilderícho & Vandilis bellum inferrent• Theoderichus uero negotium minime ſuſcepit ꝙ ei nequaq̃ facile fuiſſet uti res expoſtulabat claſſe in Aphricam traicere• Ildérichus inſup Iuſtiniani amiciſſimus fuit nõdum Imperatoris uerum iam omnia potentis eo ꝙ Iuſtinus longo iam ſenio confectus & rei publicæ ad miniſtrandæ minime aptus a natura fuiſſet• Itaq; magna utrimq; dona inter ſe amicitiæ pignora miſitarũt• Erat in Gizerichi genere quidã Gilimer Genzonis Gizericho nati filius ætate ꝓuectus poſt Ilderichũ cuius rei gratia ſucceſſurus poſt eum ſperabatur hic & rei militaris peritiſſimus ac ingenio grauis: tum pecunia uiq; ac rebus aliis aliena inuadere promptiſſimus qui quanq̃ ſe iure ſucceſſurum quandoq; uideret dilationem tamen ac moram minime tolerauit quin uiuente adhuc Ildericho honores intempeſtiuos factaq; Imperii ſibi uſurpare: illum ut ignauũ & inertem apud Vandilos accuſare præterea ob eius imperitiam ab Aphris ſuperatum dicere cepit inſuper calumniis onerare ꝙ Vandilos ſimul cum tota ditione Iuſtiniano prodere uellet: nec aliud legationem Byzantium miſſam uoluiſſe: quæ omnia Vandili facile credentes eum regem conſtituunt• Ilderichũ poſt annos regni ſeptem ſimul cum Amere ac eius fratre Euagene cuſtodiæ tradunt• Vbi uero Iuſtinianus iam factus Imperator hæc audiuit Legatos in Aphricam ad Gilmerẽ mittens hæc ſcripſit• Impie facis minimeq; dignũ Gize

Ildérichus

Amer

Gilimer

Epl'a Iuſtiniani•

tichi teſtamento q; Ilderichum legittimũ regem in cuſtodia teneas quum
breui poſt tempore tibi liceret ex lege omnino ſuccedere: nunc uero ut mo
dicum præuenias tempus iura prodis & regni nomen in tyrannidem con-
uertis. Hunc igitur hominem ſine donec uiuat regni ſaltem imaginem ha-
bere ageq; tantum quod regem deceat & aui tui Gizerichi mandatum cir-
ca regni ſucceſſionem expoſtulat ita quod nũc iniuſte poſſides ex æquo re-
tineas. Hoc ſi in animũ induxeris & res tibi felicius & noſtra ſimul amici
tia ꝓuenerit. Hæc itaq; ſumma epiſtolæ. Gilimer autẽ legatos re infecta
remiſit ſtatimq; Amerem excecauit: Ilderichũ uero & Euageen arctiori tra
didit cuſtodiæ inſuper illudens hortabatur uti Byzantiũ ad Imperatorem
fugere meditaretur. Iuſtinianus ubi hæc audiuit alios rurſus legatos mittit
Alia ep̄la. cum his litteris. Nos quum te minime noſtris monitis aduerſaturum pu-
taremus priorem tibi Epiſtolam ſcripſimus: quando uero tibi placet regnũ
hoc pacto habere tibi habe quod fortuna ex ip̄o tribuerit. Tu autẽ Ilderi-
chum & Amerem luminibus caſſum eiuſq; fratrem ad nos mitte ſolatiũ ha
bituros quale poterunt qui regno aut oculis ſunt priuati quod ſi minime fe
ceris nos ꝑfecto coges amicitia relicta: fœdereq; quod cũ Gizericho eiuſq;
ſucceſſoribus geſſimus ſoluto te nõ ſolum armis petere ſed pena quali poſſu
Gilimeris reſponſio. mus perſequi. Hæc uero Gilimer excuſans hoc modo reſpondit. Gilimer
rex Iuſtiniano Imperatori ſalutem. Neq; ego per uim regnũ accepi neq; cõ
tra meos ꝓpinquos quicq̄ iniuſtũ ꝑpetraui: Ilderichũ enim noua queren-
tem in familiam noſtram Vandiloꝝ gens magiſtratu deiecit meq; tempus
& ex lege ætatis honor in regnum uocauit. Talem enim quendam uirũ bo
num regnum expoſtulat: qui nec alienas ab re curas perſequatur. Tu uero
item rex piergon facis ac iniuſte aliena curare: quod autem fœdera ſolues
nobis bellum inferendo: reſpondere ſum paratus quibus potero uiribus ob
teſtans atq; fidem expoſtulans: ſimul & iuſiurandũ Zenonis cuius tu ſuc-
ceſſor exiſtis. Has accipiens Iuſtinianus litteras ſi male prius erga illũ fue
rat animatus tunc multo magis: quaꝓpter ei uiſum ante omnia Perſicum
ſoluere bellum & in Aphricam transferre: erat enim & inperſcrutando in-
genioſus & ad ea quæ decreuerat perficienda non piger. Aderat inſuper ex
oriente Beliſarius dux non ut ad hoc bellum queſitus ſed iam exacto magi
ſtratus tempore. Nam & cum Perſis induciæ uti ſupra narratur factæ fue-
re. Igitur poſtq̄ Iuſtinianus domi foriſq; rem in pace conſtitutam uidit: ne-
gotium Aphicanum in conſultatione poſuit: Vbi uero bellum decreuit du
ceſq; ad id delegit uulgi murmur atq; indignatio exoritur Leonis Impera-

toris claſſem:& Baſiliſci cladem non abſq; ſtomacho memorantis ubi & mi
lites fere omnes periere & uim pecuniæ magnam publicum debuit: maxi-
me uero dolebant curaq; moleſta adficiebantur ꝙ Aulæ Præfectus quem
Romani Prætorem nominant & ærari queſtor ad hoc pecuniam impera-
bant cogitantes q̄tam belli uſus expoſceret: quæ nec ulla uenia p̄teriri poſ-
ſent nec differri: adde ꝙ ipſoꝝ ducum quilibet in quo rei benegerendæ ſit
ſpes exoriret periculi magnitudinem quando ei ſit neceſſe ex maris primũ
periculis ſeruato in hoſtili & ex nauibus contra maximum regnum dimica
re • Præterea milites nuper ex longo difficiliq; bello Perſaꝝ redeuntes qui
aduc domi non reſpirauerant: aut quicq̄ boni deguſtauerant in nouos rur-
ſus naualis pugnæ labores ſe reiectos uidentes in anguſtia uerſabantur &
in eos populos quos nunq̄ audierant: in occaſumq; ſolis ab orientis finibus
deducti contra feroces Vandiloꝝ gentes • Alii uero ſicuti mos eſt hominũ
res nouas alienis periculis ſpectare cupiebant• Nullus tamẽ ex his qui rem
egreferrẽt improbare auſus eſt apud Im̄patorẽ p̄ter Ioannẽ p̄torii p̄fectum
unũ omnino audaciſſimũ ſimul & grauiſſimũ• Is eni prorſus Iuſtiniani ꝓ-
poſitũ ſic eũ oratione aggredit̃• Tua in ſubditos humanitas ſimul & affa
bilitas princeps nobis audaciã tribuit ut ea q̄ uſui tibi rebuſq; tuis uidentur
citra uoluntatẽ tuã aut noſtrã adſentationẽ memoremus • Ita eni poteſtatẽ
cũ iuſtitia cõuinxiſti ut in oĩbus tibi placentẽ minime beniuolũ arbitreris
cõtraq; q̄nq; reſiſtentẽ minime moleſte feras: ueꝝ mẽte ſincera cuncta ꝑpen
dẽs nullũ interdũ tuis reſiſtẽdo cõſiliis oſtẽdis periculũ fore• His fretus Im
pator dicã qđ ſentio: ita tñ animatꝰ ut ſi qd eoꝝ q̄ metuo forte acciderit meã
erga te beniuolentiã manifeſto adſpicias: cuiꝰ nullũ p̄ter te teſtẽ exq̄rã • Si
eni minime auſcultãdo decreueris Vãdilis bellũ omnino iferre q̄ñ res lõga
eſt hac tibi diu durãte moleſtia meũ cõſiliũ neceſſe tibi ꝓbare fuerit• Si aũt
potiaris ita ꝓpterea confides ut non incredibile ſit te militũ ſanguine ab
uſurũ ac uim pecuniȩ maximã cõſumpturꝝ: tũ laboribꝰ nouos additurꝝ eſſe
labores• Victoria eni oĩa tegit p̄teritoꝝq; oblita maloꝝ ſemꝑ noua meditat̃•
Si rurſus in dei ptãte hoc erit exẽplo ac imitatõe maioꝝ nr̃oꝝ neceſſe fuerit
belli exitũ timere: cur igit̃ nõ p̄ſtat ſecurꝝ ẽe inq̄ete: q̄ cũ ꝑiculo in laboribꝰ?
Cõtra Carthaginẽ cogitas expeditionẽ ducere: ad quã iter eſt terreſtre dieꝝ
cxl• nauigãti uero neceſſariũ uſq; ad extremũ pelagus ꝑuenire ex quo eoꝝ
quȩ cõtingũt uix annuũ habebis nuntiũ: adde ꝙ ſi de hoſtibꝰ triũphaueris
nõ ꝓpterea Aphricã cõſequeris: Sicilia ſimul & Italia ſub aliena exiſtẽtibus
ditione• Si uero res aliter eueniet ſoluto iam fœdere in noſtram regionem

Sententia Io-
annis p̄fecti
pretorii•

omne periculum tranſſeres: fortunæ quoq; cõmutatio res etiam deſtruit be
ne conſtitutas• Negotiũ igitur conſilio preuenire oportet: deridentem ue/
ro poſt factum penitere ſtultiſſimũ: Securum anteq̃ pericula ueniant cogi/
tare quid agendum: deniq; magnopere profeceris in rebus obeundis tem
poris uti oportunitate• Et hæc quidẽ Ioannes • Imperator uero hac motus
oratione de Ancini ſtudio in bello ſuſcipiẽdo aliquãtulũ remiſit• Poſt hæc
Epiſcopus quidam ex orientis partibus ueniens dixit ſe paucis eũ adloqui
uelle: facta poteſtate ait Deum ei ſomniũ noctu miſiſſe Imperatori adſimu
latum: illumq; impietatis accuſaſſe q̃ Chriſtianos e manibus Barbaroꝝ in
Aphrica liberare conſtituens:nulla poſtea de cauſa deſtitiſſe:negotiũ aggre
dienti omnino p̃ſto eſſe:ac Aphricæ dominũ eum facturũ ſe recepiſſe• Hec
ubi Iuſtinianus audiuit animo iam deliberato rem ultra differre nõ potuit:
exercitum ꝑpere coegit: naues quoq; & cibaria ꝓparauit • Beliſarium uero
exercitui præfecit • Ea tempeſtate uir Aphricæ indigena Pudentius apud
Beliſarius Tripolim urbem a Vandilis deficiens ad Iuſtinianum miſit nuntiatum ut
ſi exercitum confeſtim eo mitteret omnem regionem nullo negotio ſubiu/
gabit: Nam urbi præerat Tattimuth cum paruo admodum exercitu a Gil
Pudentius Apher mere miſſus• Beliſarius igitur Pudentii ſocietatem nactus non comparen/
Godę dfectio tibus hoſtibus regionem eam omnem Imperatori acquiſiuit• Gilimeri aũt
de Pudentio penas ſumere uolenti aduerſum hoc euenit Godas unus e Gili
meris ducibus erat genere Gothus animo ſagax ac in rebus agendis ſolers
tum erga dominum fidelis uiſus• Is ad regendam Sardiniam fuit & Cuſto
diæ & tributum ex ea exigendi gratia miſſus fortunæ ſucceſſum ex æquo
ſuſtinere non ualuit:quin protinus in tyrannidem inclinauit: nec ſolum
tributum non miſit: ſed Inſulam per defectionem occupauit: ſcienſq; q̃ Iu
ſtinianus Aphricam cũ Gilimere debellare ſtatuerat hæc ei ſcripſit • Neq;
Ep̃la Gode ad Imperatorem per ingratitudinem aut perfidiã a domino meo deſciſco: ſed eius uehemen
tem crudelitatem ſimul & in humanitatem qualem in ſuos exercet conſide
rans animo ei libenti ſubeſſe nequeo:longeq; p̃ſtat iuſti ſeruire regi q̃ tyran
no iniqua imperanti • Quare tecum ſentienti fer queſo auxilium ut ultro
me petentibus quum opus poſſim reſiſtere • Hanc Imperator epiſtolam
accipiens Eulogium Legatum cum litteris mittit quibus eius prudenti/
am iuſticiamq; tum egregiam in ſocietate incunda uoluntatem laudat:
deinde exercitũ Duceſq; pollicetur quibus nõ ſolum Inſulã retinere poſſet
ſed etiã alia capere neu Vandiloꝝ minis aliquo modo terreri•Eulogius igit̃
in Sardiniã ꝓfectus Godã offendit habitu nomineq; regio ſumpto circa ſe

ſatellites habere qui lectis Imperatoris litteris ait ſe quidẽ militũ ſatis habere duce tm̃ carere: In hanc ille ſententiã• His igitur Iuſtinianus nõ ſatis credens milites quadringẽtos una cũ Cyrillo ut inſulã Godæ cuſtodirẽt parat cũ q̃bus aliã ſimul habuit expeditionẽ quæ Carthaginẽ ꝓfectura erat uidelicet pedites mille: equitũ quatuor milia e ſuis ac federatis coactos: Inter fœderatos uero Barbari tm̃ fuere qui nec ſerui exiſtebant ueluti minime a Romanis uicti ſed ſponte in ſocietatẽ uenientes• Hoꝝ igit̃ federatoꝝ duces erãt Dorotheus qui Armeniæ exercitui ꝓfuit & Salomon q̃ Beliſarii curauit exercitũ: hũc Romani Domeſticũ uocant• Is enim erat Eunuchus: ꝑterea Cyprianus Valerianus Althias Ioannes Marcellus & Cyrillus cuius ſupra memini• Equitũ uero duces Rufinus & Aigan e Beliſarii domo exiſtentes & Barbatus & Pappus• Peditũ Theodorus quẽ Patthemũ cognominabant• Terẽtius Zaidus Marcianus Saraias & Ioannes qdã e Dyrrhachio q̃ ceteris ꝑerat ducibus• Hoꝝ itaq; omniũ Solomon e Dara ciuitate orientis quæ Romæoꝝ eſt• Aigan Maſſageta erat quos nũc Vnnos uocant• Reliqui fere omnes e Thracia uenerãt• Hos Etãli quadringẽti ſequebant̃: quos Pharas ducebat: ꝑterea ſotii Barbari ſecenti maxime e Maſſagetaꝝ gẽte Sagiptarii oẽs quos Sinion ducebat & Balas ſumma uir fortitudine• Naues deinde quingentæ in tota expeditione quarũ nulla plusq̃ medimnoꝝ millia quinquaginta ferre non ualebat nec minus q̃ tria milia• Nautaꝝ uero in cunctis tria milia qui Aegyptii & Iones ac Cilices ex magna parte fuere quibus omnibus præfuit Calonimus Alexandreus: erant & cum iſis nauigia longa ad duo & nonaginta ſuperne tegminibus contecta ne remiges ab hoſtibus ledi poſſent: hæc Dromonas nunc ideſt Curſorias uocant: excurrere enim celeriter poſſunt in his Byzantiorum duo milia ſponte ac uoluntarii nauigabant• Mittebatur inſuper Archelaus uir e patritiis genus ducens iam Prætorii Præfectus & Byzantii & in Illyrico factus: tunc in exercitu quæſtor (ſic enim ſumptus diſpenſator uocatur) erat• Cunctorum uero Ducum exercituſq; totius Imperator Beliſarius ibat qui paulo ante in Orientali expeditione uiſus fuerat: cum eo item plurimi partim haſtati: partim ſcutati equites: uiri alioquin & in periculis & in bello plurimũ exercitati cui Iuſtinianus ſcripſit omnia quæ illi uidebant̃ ac ſi princeps obiret ſe rata omnino habiturum quæ res plurimum illi & uirium & animi addidit• Mouit aũt e Germaniæ parte q̃ inter Thraciã & Illiricũ cõſiſtit: hæc itaq; in hunc ſe modum habuere• Gilimer autem iam Tripoli per Pudentium & Sardinia per Godam priuatus de recipienda Tripoli ſpem admodum

parum habebat ꝙ longe ab eo ſitu erat & iam Romæi cũ his qui defecerãt cõiuncti exiſtebãt. Inſulã uero ſeruare maturauit anteꝗ Romæoꝝ auxilia ad eã puenirẽt: qua ꝑpter quinqꝫ Vandiloꝝ milia tũ naues cxx armat hiſqꝫ fratrẽ Zazonẽ ꝑficit q omnes ſtudio plurimo ac alacres in Godã ferebantur. Iuſtinianus aũt Valerianũ & Martinũ ꝑmiſit ut aliã quæ erat ad Peloponneſi loca expeditionẽ expectarẽt: ubi uero ſimul ambæ in nauib9 iunctæ fuere: aliquid eis mãdare qđ prius iã dicere decreuerat excogitauit uerũ alio præoccupatus negotio exciderat eos igit̃ cõuocans: quæ uolebat dicturus erat ſed deinde rurſus ſuccurrit minime fortunatum fore reuerti. Miſit igit̃ certos qui denunciarent ne in eundẽ reuerterent̃ locũ neqꝫ ex nauibus deſcẽderẽt. Illi ꝓpe ad naues adcedẽtes alta uoce impata fecere uiſum ergo eiſdẽ haud felix auſpiciũ utpote nemo ex eis Byzantiũ amplius ex Aphrica rediturus. Nã execrationẽ quandã ea putabãt Principis mandata nõ uolentis: uerum ſi quis Valeriani & Martini ducum prædictoꝝ exitum conſiderat non uera fuere neqꝫ infauſta uti putabantur auſpicia. Erat tamen inter Martini milites quidã qui ad defectionẽ ſpectabat: tyrannideqꝫ animo conceperat nec amplius Byzantiũ redire ſtatuerat in quẽ forte execreationẽ cecidiſſe uériſimile uideri poterat. Verũ hæc ſi hoc modo ſiue aliter geſta aliis ueſtiganda relinquã. Quomodo autẽ Beliſarius ſimul & exercitus miſſus fuerit nunc tantum referam. Iuſtinianus igitur anno Septimo principatus In ueris initio nauim prætoriam ad littus iuxta ædes Imperatorias deduci iuſſit: tunc Epiphanius Ciuitatis præſul claſſi de more benedicens ac bene ꝑcatus milites pauloãte baptizatos nomẽ ꝓfitentes Chriſtianũ ſigillatim in nauim introduxit. Sic itaqꝫ Beliſarius cũ Antonina uxore ſoluit cũ quibus Procopius etiam huius auctor hiſtoriæ fuit: ab initio quidẽ cunctabundus ac periculum metuens doni: de ſonno quodam admonitus: maxime fuit ad iter incenſus. Videbatur enim ei in domo eſſe Beliſarii ubi quidam e ſeruis nuntiant dona eſſe a quibuſdam adlata quæ Beliſarius quum Epergula adſpiceret uidit homines quoſdam ſupra dorſum triticum cum floribus ferentes: quod deponi iuſſit in atrio domus ubi ipſe cum ſuis militibus accunbẽs flores ipſos edebat qui cibus longe ſuauiſſimus eſt eis uiſus Hæc ſonnii ſumma. Igitur claſſis omnis prætoriam ſecuta Perinthum adplicuit quæ nũc Heraclea dicta eſt. Hic dies quinqꝫ cõſumpti ſunt ꝙ pluri mis ducẽ equis donauerat eſobole equoꝝ impatoria ꝗ in Thraciæ locis educitur. Inde ſoluẽtes Abydũ pueniũt ibiqꝫ dies itẽ quattuor maris tranquillitatem expectandã cenſentibus caſus cõtigit huiuſcemodi Duo Maſſagetæ

Perinthus nũc Heraclea

quendam e ſociis ut ebrios eos irridentem interfecerūt• Nam omniū maxi
me uino dediti Maſſagetę ſunt•Beliſarius igiť ambos hos in Abyda quōdā
promontorio palo infixit: quod factū cū alii tum ex eoꝝ genere uiri maxi-
me egreferre Beliſario dixerunt:ſe nō ex lege aut pena aliqua coactos quum
Romæis ſubditi nō ſint ſed ſponte in exercitu eſſe: tali igitur ſupplitio non
eſſe apud eos conſuetudinē delinquentes plectere•Cū his itaqꝫ plures cōſen
ſere qui maxime ꝓpter ſcelera impunita eſſe delinquētū peccata cupiebāt•
Beliſarius igitur uniuerſum cōgregans exercitū ita adloquiť• Si nūc apud
uiros belli exꝑtes ac nūc primū militātes uerba haberem longa mihi eſſet
opus orōne ad enarrandū q̄tā uim habeat ad uictoriā obſeruatio iuſtitiæ•
Huiꝰ diſcipline ſummā tū pugne finē atqꝫ fortunā impiti in dextris cōſiſte
re tm̄ exiſtimāt•Vos aūt q ſępe inimicos uiciſtis neqꝫ corporibꝰ neqꝫ uiribꝰ
uobis inferiores:ſępe etiā uicti fuiſtis nō ignorare puto ꝙ hoīes qdē utrimqꝫ
ex acie inter ſe dimicāt finē uero tm̄ quē deus uoluerit cōſecunť• Nā & cor
poris ꝓſperitatē & armoꝝ diligentiā ceterāqꝫ belli p̄parationē longe inferio
ra iuſtitia & in deū obſeruātia eſſe nō dubiū:quā ſi qs ſectatus fuerit magis
ei q̄ e ſupradictis felicitas obuenerit•Prima igiť iuſtitiæ cura iniuſte interfe
ctos ulciſci•Si eni iuſti & iniuſti iudiciū in eos exercero q ꝓpe nos ſunt p̄te
reať nullus iā metus erit uilis admodū fuerit homini animæ ratio • Si quis
eni Barbarus ꝓximū p ebrietatē occiderit ac uenia ꝓpterea poſtulata ſe cri
mine ſolutū dixerit peccata licētia longe fuerint peiora• Neqꝫ eni ulla rōne
fas ebriū eſſe multo minus in exercitu militi ꝓximos ob id interficiēdo•Ip̄a
enī p ſe temulētia uel cede nō cōſequente:pena eſt digna: q̄to magis ſi ea cō
ſequať: multoqꝫ itē magis in ꝓximū q̄ alienū exemplū itaqꝫ facti quale ſit
ac q̄ deteſtabile ip̄i cōſpicitis•Vos ergo manibus tēperare ab iniuriaqꝫ abſti
nere opus:nec putatote me cōniuentē iniuſtū quocūqꝫ modo tolleratu rum
neqꝫ illū q̄uis inimicis formidoloſū ac terribilē q alioquin manibꝰ i hoſtes
puris nō ferať ullo modo cōmilitonē putaturū:quum fruſtra ſit fortitudo
ubi iuſticia defuerit•Vbi Beliſarius finē dicēdi fecit:exercitus omnis & uer-
ba Imꝑatoris nō cōtemnēda cōſiderans & illoꝝ ſupplicia ſpectās timore cor
ripitur: iamqꝫ ex illo frugi eſſe: & ex æquo inter ſe uiuere apud talē ducem
non iniuſta paſſurum cogitabant • Poſt hæc Beliſario curæ fuit uti omnis
claſſis continuo ſimul adnauigaret: in eodemqꝫ ſemper loco quo adplicuiſ-
ſet una conuenirent • Nam in magna claſſe par erat pelago longe diffundi
præſertim ſi aduerſi irruerint uenti diſſipari : nihilqꝫ propterea ad hoc uti-
lius cogitanti ſubiīt q̄ aliquas præire quas ceteræ per ſigna ſubſequerētur•

Oro Beliſarii ad milites•

Qua propter triũ nauiũ in quibus ipſe cõmeatuſq; ferrentur mala ſuperne triangulari forma conſtituit: immoq; infecit ac ſublicis in puppi erectis fa-ces accendit:ut nocte ac die naues pretoriæ uiderentur: quas ceteræ ſubſe-querentur: ſic itaq; ex omni claſſe nullã deinde relinqui aut errare cõtigit. Quando uero a portu ſolui deberent tubæ ſonitus ſignũ daturus erat. Sol-uentes igitur ex Abydo aduerſis uentis ad Sigeum adplicuere: rurſus rede-unte tranquillitate alacres Malcam uenerunt. Hic ob loci anguſtiã nocte ſequente tanta claſſis tam magnarum nauiũ ſimul conſtipata ac colliſa ma-gno fuit in periculo ubi & gubernatores ceteriq; nautæ uirtutẽ facile oſten-derunt. Nam & alta uti mos eſt uoce & contis perite utentes inter ſe ſpatio diuiſi ac rarefacti ſunt: q̃ ſi ruentem contra uentũ forte habuiſſent: uix uti mihi uidetur nautæ ſeq; ac naues ſeruaſſent. Sic igitur diſpoſiti Tenarum inde peruenerunt quæ nunc Cereapolis cognominatur: inde uero Metho-nem:hic eos inuenerũt qui ducibus Valeriano & Martino nauigabãt pau-lo ante adplicuiſſe: & quando uenti non flarent in eodem loco naues ſiſtere Beliſarius iuſſit. in quibus illos ordine collocauit: milites diſpoſuit: redeun-tes quoq; duces ornauit. His adminiſtratis quum aliq̃diu expectando uen-tos morarentur plures morbis correpti interiere ex hac cauſa: Ioannes quẽ ſupra nominaui Præfectus pretorii cum in aliis deteſtabilis tum uehemẽs in ea cõmentando quæ publicæ ſint ad hominũ pniciẽ quandoq; de his nõ nulla in initio hiſtoriæ dixi: nunc quomodo ex eius auaritia adfecti ſint mi-lites dicam. Panem qui in exercitu fertur bis eſt conſuetudo in clibanũ po-nere ut diligenter coctus diu duret neu breuiter corrumpi poſſit: uerũ eun-dem pondere a primo deficere e quarta ſaltẽ parte neceſſe eſt. Ioannes itaq; cogitans quonam modo Arctoctis ac piſtoribus minus lignoꝝ ac mercedis daret nec tamen pondere deficeret cui dum adhuc panem in publicum bal-neum ferre ac in locum ubi ignis uigebat collocare iuſſit: donec uehemẽter coctus uideretur:deinde in culleis poſitos nauibus miſit: Poſtq̃ uero claſſis apud Methonẽ fuit panes ſoluti omnes rurſus in farinã reuerſi marcidam quidem & tabidam ac uiritim minutatimq;: illis uero qui in dignatiõe ali-qua eſſent per medimnos & modios diſtributi fuere. His itaq; milites æſta-tis tempore in loco etiã æſtuoſo paſti in morbos facile inciderunt periereq; non minus quadringẽti: plures etiam interiiſſent in Beliſarii prouidentia his prohibitis in regione conquiſitos alios probos dare iuſſiſſet. Imperatori deinde de hoc cõquerendo ſcripſit:illa quanq̃ rẽ deteſtari: attamẽ Ioannem nulla tunc pena iuſſus eſt plectere. Et hæc quidẽ ſi ſe habuere. A Methone

ſoluentes Zacynchum perueniunt ubi aquam nauibus aduexere q̃ta ſatis
eſſet Adriaticũ remigantibus pelagus aliaq; preparantes oportuna preter
uehuntur• Vento aũt molli ac tardo perflante diebus•xvi• in Siciliam dela
ti locum deſolatum attingunt ubi montem Etna ꝓpe conſpicit • In huius
itaq; curſus adeo lenti ſpatio contigit apud omnis aquam munitioni ſum-
ptam putreſcere præter eã quæ apud Beliſariũ eiuſq; conuictores erat/ quã
hoc modo eius uxor Antonina adſeruauit Amphoras uitreas aqua repleuit Qũo aqua
eaſq; in nauis imo ubi ſol minime penetraret in arena fodit circaq; ex aſſeri non putreſcat
bus locum muniuit• Beliſarius uero ut Inſulam attigit cunctabundus ani-
mo torquetur cogitanſq; quonã modo aut qua primũ in parte Vandilos ir-
ruentes ſint debellandi• Maxime uero militũ querelis turbabatur qui Nau
machiam expaueſcentes non dubitauere apte predicare q̃ ſi terreſtre ꝑlium
ſint addituri ſeſe officio fortiſſimoꝝ non defuturos : ſi autẽ nauale plurimos
ſe auerſuros fugamq; capturos• Non enim ſe una poſſe & cum aqua & cum
hoſtibus dimicare• His igitur omnibus Beliſarius cõmotus Procopiũ eius
Parædrum Syracuſas ſciſcitatum ac clam ueſtigatum mittit: an aliquæ ini
micoꝝ inſidiæ ſiue in inſula ſiue in continente contra nauigantes ſint para
tæ• Deinde in quẽ potiſſime locũ ubi Aphricã attingerẽt adplicarẽt : Vnde
etiã meli9 aggredi Vandilos: Poſtq̃ uero hæc egerit in reditu Caucone ueni
at locum ducentis a Syracuſis ſtadiis diſtantem quo omnis claſſis conueni
re debebat; præterea ut in Sicilia cibaria neceſſaria ex Gothis mercetur: ob
amicitiam quæ inter Iuſtinianum & Amalaſuntham Atalarchi matrẽ erat:
Is enim adhuc puer ſub matre educatus & Gothoꝝ & Italoꝝ potentia fre-
tus eſt Amalaſuntha poſt Theodorici patris mortem metuens puero Iuſti-
niani amicitiam ſibi adſciuit cui quũ in aliis obtemperaret: tum neceſſaria
expeditioni uendere ſe recepit: quod & preſtitit• Procopius igitur quũ Sy-
racuſas perueniſſet preter ſpem ciuem amicũ offendit eius iam pridẽ Inqui
linũ loci qui a puero Præfectus erat hoꝝ quæ ad marittimã erant opus ex-
peditionem ac Procopio datis quæ fuerant neceſſaria: inſuper de ceteris in-
terroganti ſatiſfecit : ſeruũ ait ſuum tertia die e Carthagine aduectum qui
dicebat nullas Vandiloꝝ inſidias claſſi ſe in his locis repperiſſe : tm̃ contra
Godam omnẽ belli apparatum traducere : ip̃m uero Gilimerem nihil ho-
ſtile metuentem relicta Carthagine ac locis marittimis apud Hermionem hermona:
moram habere quæ eſt apud Byzantiũ quottuor iter dierũ a littore diſtans
Itaq; nihil minus q̃ Romanoꝝ claſſem : aut aliquod ei nociturum timere•
Hæc Procopius audiens ſeruum dextra apprendens per Arethuſæ portum

ambulat ubi nauigium reliquerat: multaq; percunctando ac ſingula pſcru
tando ſimul cum eo nauim aſcendere induxit eueſtigioq; uela dare iubens
Cauconem petebat Domino autem apud littus exiſtenti ſimulq; admiranti
ꝙ ſeruus non redderetur: clamãs Procopius de naui ait excuſatum habeat
neq; egreſſerat uelle illum ad ducem deinde in Aphricam cum exercitu de
portare breuiq; tempore opibus auctum plurimis remittere• Quumq; Cau
conẽ perueniſſent omnes in luctu maximo offenderunt • Dorothenſi enim
qui ex Armenia aduectoꝝ dux fuerat deceſſerat magnũ ſui relinquens deſi
derium• Beliſarius itaq; ubi ſeruus in cõſpectu fuit cunctaq; accepit animo
lætatus: ac Procopium magnopere collaudans tubicines dare ſignũ diſce-
dendæ claſſis iubet ſublatiſq; repente malis Gaulum & Melitam Inſulas
uelociter contingunt quæ Adriaticum a Tyrrheno diuidunt pelagus: Hic
Eurus perflans eos die ſecunda in Aphricæ littus deducit ad locum qui Ca
Caput uada• put uada uocatur quinq; iter dietũ expedito a Carthagine diſtans • Poſtq̃
littori adꝓpinquauere: Belaſarius uela poni iubet: ac ancoris naues iactis
firmare• Ductores hic alios omnis in ſuam conuocans nauim conſilium de
deſcendendo in terram ꝓponit• Hic cum ab aliis quidem multæ in mediũ
adlatæ ſententiæ utrimq; fuiſſent • Archelaus procedens talia locutus eſt•
Archilai ſnĩa• Ducis noſtri uirtutem maxime collaudare decet: qui quum ingenio & rerũ
experientia cæteris præſtet• His quoq; poteſtatem habeat adiunctam cõſi-
lium coegit: noſq; dicere iubet qua nã maxime in parte ad littus adplican-
dum quãq̃ ipſi tm̃ hoc notum quid opus facileq; factu ob peritiiam exiſtit•
Vos autem Præfecti nequeo ſatis mirari ꝙ ueſtrum quilibet hanc diſcen-
ſionem ita celeriter ſuaſiſtis : quum ſciam adhortationem in pñs periculũ
nullam ferre admonenti utilitatem ꝙ accuſationis plerumq; occaſioni ſub-
iciatur• Homines enim ſi forte ſibi ex ſententia quæ facta ſunt eueniant: be
ne ac libenter ferre uidentur: ſi uero ſecus auctorẽ conſilii ꝓtinus accuſant:
quanq̃ quis dixerit pro ſalute deliberantem ſimul & conſilium dantem mi
nime fas eſt calumniam timere• Vultis tandẽ in hoſtilem deſcendere Præ-
fecti in quo portu naues relicturi: uel cuius ciuitatis muroꝝ munitionem
atq; ſeptũ hinc cogitatis? an non audiſtis quẽadmodũ hoc littus nouẽ iter
dierum a Carthagine uſq; Iucam extendi dicũt importuoſum omnino uen
tiſq; undecunq; flantibus maxime obnoxium: menia inſuper nulla in tota
Aphrica præterq̃ Carthagini Gizerichi olim mandato exiſtunt: adde ꝙ om
nino locus aquaꝝ eſt indigus • Quid ſi forte cum his omnibus incõmodis
aliquid aduerſi acciderit? quid nam iudicabimus: an non quum in prœlio

fuerimus ſiniſtra alia cogitare oportet non humana: rerum natura huiuſce modi digna. Si enim terram deſcendentibus uobis tempeſtas ſuperueniat non ne alteram e duobus euenire nauibus eſt neceſſe? uel q̄ ꝓcul hinc diſfundi uel in hoc perire littore. Deinde qui uobis ad uictum neceſſarioꝝ ꝓuentus aut refugium? Nemo in me reſpiciat ſumptus diſpenſandi ꝑfectum præterea in toto regno nulla miniſteria aut ſeruitia: ad quæ neceſſariū fuerit ex ueſtris Idiotis perſonas nominaqꝫ ſecerni. Vbi deniqꝫ arma oneraqꝫ ſuperflua ponetis? aut unde ſi quid neceſſarium ſummetis. Ego uero exiſtimo oportere uos recta Carthaginem tendere: portum .xl. non amplius ſtadiis dicunt ab ea diſtantem quem Stagnum uocant omnino incuſtoditum claſſis q̄uis magnæ capaciſſimū: unde ſoluentibus uobis cōmode in bellum procedere poteritis: puto nāqꝫ primo ſtatim incurſu uos Carthaginem capturos ex quo extinctis ꝓcul ab ea inimicis uobis uictoribus nihil reliquum difficile aut formidandum fuerit. Sic eſt rerum humanaꝝ natura ut capite ſublato cætera breui tempore corruant. Quæ omnia ſocii conſiderare fas eſt: optimaqꝫ ex omnibus deligere. Poſt Archelai orationem Beliſarius ſic incipit. Nullus o ſotii putet me cognitorem aut iudicē his quæ dicta ſunt adſiſtere: neqꝫ ꝓpterea me poſtremo loco dicere ut illa qualiacūqꝫ ſint neceſſe ſequi aut fieri omnino oportere exiſtimē. Quæ enim ueſtrū cuilibet uiſa ſunt optima dudum audiui. Meum eſt item quæ nouerim in medium adferre deinde una uobiſcum potiora deligere. Illud imprimis meminiſſe debetis quēadmodū paulo ante milites expaueſcere maris pericula ſe apte ſunt teſtati ac ueniente aduerſus naui hoſtili ſe ſtatim in fugam uerſuros. Sic enim ſe rebus habentibus ſtultoꝝ arbitror eſſe hominū a deo petere ut dent cupere meliora ipſis aduerſus ire timentibus ac in cauſa exiſtētibus ut contra eueniat. Si autē nauigantibus nobis recta Carthaginem claſſis inimica forte occurrat noſtriqꝫ ꝓpterea milites certatim fugiant conſilium noſtrum nō ſine penitentia ac querela fuerit Error enim fatalis ac neceſſarius excuſationē p ſe aliquā habet: nobis uero ſaluis nulla uenia fuerit. Illud tm̄ haud ſatis probe dictū exiſtimauerim quo maxime nos timere rogant tempeſtatem memorantes quæ ſi qua irruat nauibus uti plene dicūt e duobus alterum euenire neceſſe uel procul ab Aphrica eas diſſipari uel in ipo littore perire. Quid igitur queſo ex his utilius nobis extiterit an ſolas corrumpi naues uel cum ipſis ceteriſqꝫ omnibus uiros quoqꝫ ſub hoſte corruere. Præter hæc improuiſis nunc atqꝫ imparatis dū licet irruentes ex ſententia compotes diſcedemus: res enim inimicoꝝ ex improuiſo in ſeruitutem probe re-

Beliſarii ſnia.

ducuntur:paulo autem poſt illis adcinctis atq; preparatis ex æquis uiribus diſcrimen belli ſubleuandũ•Dicet forte aliquis in pñti tm̃ conſilio neceſſaria ac de ipſa in terram adplicatione perſcrutanda • Verum ſcitote non etiam neceſſaria exquiri oportere • Nã ſi tempeſtas nobis in nauibus bellũ gerentibus ingruat ut ſæpe contingit contra fluctus ſimul & Vandilos dimicantibus: tunc ne diſcere incipiemus quid nam factu ſit opus? Igiť ego ſic exiſtimo nos in terram confeſtim deſcendere oportere ac una e nauibus equoſq; & arma ac quecũq; alia ſint opus deducere: foſſam e ueſtigio facere ac uallo circũdare nihil minus muniminis q̃ mutus nobis firmiſſimus pſtaturo: indeq; ad bellũ procedere: nihil eni putatote nobis neceſſariũ defuturum ſi uiri erimus uincentibus quoq; inimicos illoꝝ etiam omnia accedẽt• Victoria nãq; opes omnes in eam partẽ in qua inclinauerit deferre eſt apta: Itaq; & ſalus & bonoꝝ omniũ copia in ueſtris ſita ſunt dextris • Hæc dicẽti Beliſario ceteri facile conſenſere ſolutoq; cõſilio inde ſtatim in terram deſcẽderũt tertio poſtq̃ e Byzantio cũ claſſe diſceſſerãt mẽſe•Locus ilico iuſſu ducis in littore militibus ac nautis capitur: foſſa munitur uallo q; circũdatur utpote hominũ tot coeuntibus manibus; ſimulq; timore animos ſollicitante:tum duce inſtante eodem die & foſſa peracta & uallo ac palis fixis locus eſt munitus: ubi autem foſſa fodiebatur miraculum quoddam animaduerſum Aquæ multum ſub terra erupit nũq̃ prius apud Byzantium uiſa ut locum ppetue ſiccum: hæc igitur cunctis tunc & hominibus & animalibus ſuppeditauit• Procopius uero ſimul cũ duce lætatus ait nõ ob aquæ uſum atq; copiam ſe gaudere ſed ob auſpicium uictoriæ facilis & paruo negotio conſecuturæ coelicolas uoluiſſe ſignificare: quod pfecto euenit•Nocte igiť ſequente milites omnes in caſtris ac munitionibus conſtiterunt cuſtodias aliaq; cõſueta factitantes ſagiptariis tm̃ quinq; in qualibet naui ob tutelam a Beliſario dimiſſis: excurſoribus item circa illas adhibitis ne quis iuuadere aut nocere poſſit• Die ſequente poſtq̃ militum quidam in agros diſcurrentes fructus attigerunt quos ignominia notatos conuocans Beliſarius ſic eſt

Beliſarii cõtio

adlocatus• Vim adferre & ex alienis paſci turpe ſemper ac pbroſum uidetur q; iniuſtum in ipo feratur: nunc autem nobis etiam in eo periculũ conſiderandũ ut ſi fas eſt dicere iuſti ratio ſit periculo poſt habenda • Ego enim hoc tantũ confiſus uos in hanc terram deſcẽdere iuſſi ut Aphri a Romæis procul exiſtentes ſint Vandilis pro nobis infidi ac moleſti:quãobrem nihil neceſſarioꝝ pptere a nos deſerat: neq; excurſionibus ab inimicis poſſe nos ledi: uerum nunc ueſtra immodeſtia omnia nobis hæc contraria reddidit•

Aphros enim quodam modo Vandilis conciliaſtis : ac in nos ip̄os iam ob
ueſtrum hoc factum ad inimicitiā deduxiſtis• Natura enim ineſt adfectis
iniuria erga adficientes continuo maliuolētia• Veſtram igitur ſecuritatem
ac omnium copiam honoꝝ paruo admodum argento poſthabetis : quum
uobis ex uoluntariis dominis quæ ſint opus liceat emere : erga quos mini-
me iniuſtos eſſe decet ut nobis illoꝝ amicitia ſit uſui • Nunc uero efficiſtis
ut contra Aphros æque atq; Vandilos nobis etiam ſit bellum : imo contra
deum ip̄m quem nullus iniuſtus ſentiet adiutorem• Parcite igitur poſt hac
aliena inuadere: lucrumq; ſequi periculis plenū hoc enim illud eſt tempus
quo maxime modeſtia nos ſaluos faciet : iniuria interitu plectet • Hæc uo
bis curantibus deus erit imprimis placatus: deinde gens Aphroꝝ beniuola
poſtremo de Vandilis uictoria facilis • His dictis contionem ſoluit • Erat
Syllectum ciuitas unius iter diei a caſtris diſtans iuxta mare quod Cartha Syllectū urbs
ginem ferebat cuius menia iam dudum diruta fuere : domos oppidani cir-
cummuniuere incurſus Mauruſioꝝ metuentes: Beliſarius itaq; Boriadem
e militibus quendam haſtatis ſimul cum ſcutatis quibuſdā eis nuntia tum
miſit In animo ſibi eſſe ciuitatem tentare quam ſi libenter dediderint nullo
eos malo adficeret;quin ſe bona illis plurima daturū: inſuper in libertatem
reſtituturum • Hi itaq; ſub diei ſerum Ciuitati propinquantes in conualle
quadam nocte latuerunt•ubi autē illuxit incurrus ruſticoꝝ in urbem eun-
tium incidentes eos aſcendunt ex quo nullo negotio clam eā ingrediuntur:
claro iam die nullo excitato tumultu ſacerdotē ilico & ſi quid nobilitatis
in ea fuerat coegerūt ac ducis mandata referunt : ſtatimq; ab oppidanis cla
ues adituum clauſtrorūq; acceptas Beliſario mittit • Eodem quoq; die ille
qui equis p̄erat in Ciuitate tranſfuga in caſtra Romæoꝝ omnis equos pub
licos tradidit• Beliſarius item quendam ex his qui equo celeriter inuecti re
gias perferunt litteras: quoſue Veredarios appellāt cepit nullo illato in cō Veredarius
modo quin potius auro multo munerans ſub fidē epiſtolas ei tradidit quas
Iuſtinianus Imperator Vandilis ſcripſit ut eoꝝ præfectis per urbes oſten-
deret: quarum ſententia hæc fuit• Neq; Vandilos debellare nobis eſt ani Iuſtiniani epi
mus: neq; Gizerichi fœdera ſoluere ſed ueſtrum tantū tyrannū de medio ſtola•
tollere deuenimus qui Gizerichi teſtamentum pro nihilo pendens ueſtrū
regem in uinculis habet ſuoſq; ꝓpinquos quos odio uehementi ꝑſequitur
ab initio ſuſtulit:reliquos uero oculis erutis in cuſtodia ſeruat ut his penis
crudelius q̄ morte excruciet• Nobiſcum igitur conſentite uoſq; metipſos a
tam peſtilenti tyrannide quocūq; modo liberate : paciq; ac libertati uobis

ſtudentibus nos auxilio fore omnino recipimus: ac ita futurum noſtram ex deo fidem obligamus. Hæc ſumma litterarum: Has igitur ille a Beliſario ſumptas efferre in publicum non eſt auſus: clam autem amicis oſtendens nihil memoratu dignum propterea fecit. Beliſarius his geſtis ubi exercitum ordine diſpoſuit Carthaginem uerſus iter adripuit: Trecentos ſcutigeros eligẽs uiros bello aptiſſimos Ioanni tradidit qui ſumptibus domeſticis præerat homo Armenius genere: prudentia uero ac fortitudine ſummus: huic præcepit uti exercitum non ſtadiis. xx. diſtando præcederet & ſi quid hoſtile animaduerteret confeſtim nuntiaret ut imparati cum hoſte dimicare non cogerentur. Maſſagetas uero ſotios tantundem ac etiam plus abſiſtentes ſiniſtrorſus iter facere. Ipſe uero cum electis pone ſubſequebatur. Nam Gilimerem ex Hermione eos inſequentem haud procul inuaſurum ſuſpicabatur. Dextrorſus uero nihil formidabat haud procul a littore procedendo. Nautis inſuper mandauit continuo exercitũ conſequi nec ab eo ualde diſtare: quod ſi uenti forte irruerent maiora colligentes uela quæ dolones uocant paulatim ad ſequerentur ſi contra: deſinerent omnino remis quo adfieri poſſit incũbendo maturarent. Ipſe deinde Syllectum proficiſcens milites ut eſſent apſtinentes ſibiq; ac manibus imperarent admonuit ne ue aliquid ab re aut contra offitium facerent. Ipſe uero manſuetudinẽ atq; humanitatem præſeferendo Aphros ſibi conciliauit. Ex quo reliquo tempore ſicut in propria regione magna cum modeſtia iter fecit colonis circa nec latitanribus nec quicq; ex paueſcentibus quin potius quæ oportet omnia uendentibus ſimul & exercitui miniſtrantibus. lxxx. non amplius ſtadiis ſingulis diebus uſq; Carthaginem procedebamus ſiue in ciuitatibus ſi contingeret ſiue in caſtris ſecuri quieſcendo. Sic igitur per urbes Lectum & Adrametũ ad oppidũ Græſam cccl. ſtadiis a Carthagine diſtans peruenimus: Hic regia ducis exercitus Vandilorum & paradyſus erat omniũ pulcherrimus quos ſcimus aquis quidem irriguus tum nemore circa ornatus arboribus ac pomis plena omnia iam tunc uernantibus: ut etiam ex eis noſtri milites tabernacula ſibi conſtituerent ac in eorum edendo ſatietatem uenirent: deniq; ſenſus ullus ſine pomorum ſuauitate non fuit. Gilimer autem apud Hermionem ubi primũ accepit hoſtes prope adeſſe ad Ammatam fratrem Carthaginem ſcribit ut Ilderichum & alios ſibi ſanguine cõiunctos aut quocũq; modo proximos quos in cuſtodia haberet interficiat tum Vandilos & ſi quid eſt in Ciuitate munitionis in promptu ac preſto paratum habeat: ut inimicos in anguſtia locorum cõſtitutos circa Ciuitatis ſuburbanũ quod Decimũ uocatur a duobus

Lectum

Adrametum

Græſa

Hermione

utrimq; exercitibus concluſus tanq̃ in ſagena captos perire contingat. Ammatas igitur mandata exſequitur: Ilderichum & Euageen necat: prǽterea Aphros quicũq; illis ſtudebant. Amer enim iam deceſſerat: Vandilos dein de armat ut quum tempus congredieudi parati ſint. Gilimer autem retro clandeſtine ut a nobis minime ſentiretur ſequebatur. Verum in hac nocte in qua apud Græſſam cõſtitimus noſtri exploratores utrimq; diſpartiti eũtes inter ſe commixti ac colliſi: ad exercitum ſe utriq; receperunt: qua de cauſa nobis innotuit haud procul eſſe hoſtes. Hinc quoq; procedentibus naues adſpicere facultas nõ fuit: q; petræ altiſſimæ longe a mari erectæ circuitu magno adſpectum obduxerant nauigantium: prætera promontorium proibebat apud quod Hermes eſt oppidum. Beliſarius itaq; Archelao magiſtro equitum mandat ne Carthaginem adcedat ſtadiis circiter ducentis abſiſtendo donec ipſe iubeat manere: E Græſſa demum quarto die Decimum peruenimus locum a Carthagine ſtadiis. LXX. diſtantem. In hac die Gilimer Gibamundum fratris filium iuſſit ſimul cum Vandilorum Duobus millibus alium exercitum præuenire: Ac ſiniſtrorſus procedere ut Ammatas e Carthagine Gilimer retro: Gibamundus autem ſiniſtrorſus euntes: ac in eodem loco ſe iungentes facilius inimicos in medio concludant. Mihi autem & diuina ſimul & humana in hoc labore admirari ſuccurrit: ut deus procul futura reſpiciens præſcribit ubi aliquando res caſura ſit: at homines a ſpe ſæpe decepti ignorant ſe cecidiſſe etiam ſi compotes ſint aut recta cucurrerint fortunæ uia ferentis ad ea quæ bona uiſa ſunt prius. Niſi enim Beliſarius ſic ordines diuiſiſſet & Ioannem cum illis quos præcedere ſupradixi: & Maſſageras ab exercitu ſiniſtrorſus ire iuſſiſſet nunq̃ Vandilos uitare potuiſſemus. Et quanq̃ ſic duci probe ſint uiſa excogitata ſi temporis oportunitatem Ammatas ſeruaſſet: neq; hunc Quarta tantum diei parte præueniſſet res omnino Vandilorum non ita corruiſſent: nunc ipſe Ammatas præueniens circa meridiem ad Decimum profectus eſt longe noſtrum ſimulq; Vandilorum exercitum relinquens. Nec ſolum hac temporis feſtinatione peccauit: ſed Vandilorum optimam partem Carthagine relinquens nuntianſq; ſe ad Decimum proficiſci: ipſe cum paucis nec ſane e fortioribus electis cum Ioanne in pugna congreſſus: Duodecim ſane e noſtris melioribus in prima acie interfecit: ipſeq; poſtremo cecidit uir admodum fortis atq; huic operi maxime uſui. Ammata igit̃ ceſo clarũ eſt ſecutũ tropæũ: reliqui eñi fugientes cæteris timorẽ incuſſerũt qui e Carthagine ad Decimũ ueniebãt: ibãt eñi abſq; ordine ullo neq; tãq̃ in

Hermes

Decimum

pugna conſtituti ſed ut confuſi & palantes ordines nec ſatis magni ex Triginta enim fuere ac uiginti • Hi quum Vandilos qui cũ Ammata erant fugientes uiderent opinantes inſequentes uictores maiore eſſe numero terga & ipſi dederunt• Ioannes autem & qui cum eo erant ſecuti uictoriam quos potuere interficiendo uſq; ad Carthaginis portas peruenerũt : ex quo facta Vandilorũ cedes per ſtadia•lxx•quantum conici licuit : hoſtiũ duorũ miliũ Eodem ferme tempore Gibamundus ſimul cum duobus millibus ibat in

Campus ſolis Campum ſolis qui ſtadiis• xl • a Decimo abeſt eunti Carthaginem ſiniſtrorſus uacuus præterea & hominibus & arboribus nihilq; penitus pꝛter ſalem ferebat qui ex aquis ſalis fiebat : hic cum Vnnis congreſſi omnes periere • Erat enim inter Maſſagetas uir & fortitudine & corporis robore precellens qui paucos ductabat• Is ex maioribus uſq; ſuis honoris præmia eſt adſecutus in cunctis Vnnicis expeditionibus q; primus ſemper in hoſtes in currere ſit ſolitus• Non enim Maſſagetæ homini fas eſt in aliquẽ acie inimicorũ capere niſi prius ex eadem gente aliquis prius in hoſtes manibus apſtinendo incurrat•Hic itaq; haud longe ab hoſtibus exiſtens currẽs equo incitato ſolus in eos proxime conſtitit•Vandili uero uel q; animi magnitudinem uiri expaueſcerent uel q; aliquid inſidiarum parari ſibi ſuſpicarentur : neq; ſe mouere neq; cum aliquo telo petere ſunt auſi• Exiſtimo namq; nondum illorum pugnandi conſuetudinem uiderint : tantumq; audiuerint inexpugnabile genus eſſe ac propterea periculum extimuiſſe • At ille in ſuos conuerſus ait quam paratim nobis eſcam miſit hodie deus: Incurrentes itaq; ilico Vandili ſuſtinentes ordinem ſoluerunt ac robore minime reſpondentes omnes turpiter perierunt • Nos autem eorumq; geſta ſunt nondum omnia ſcientes ad Decimum iter direximus : Beliſarius locum caſtris aptum uidens ſtadiis•xxxv• a Decimo diſtantẽ uallo firmiſſimo cinxit ubi pedites omnis conſtituens : ac uniuerſum congregans exercitũ hæc eſt allocutus • Nunc o uiri cõmilitones certaminis laborumq; tempus aduenit: ſentio enim pro-

Contio Beliſarii• pinquantes inimicos naues quoq; procul a nobis loci natura amouit:unica ſpes eſt tm̃ ſalutis in manib9:nulla enim amica ciuitas adeſt: nullũ refugiũ cui nos credentes confidere oporteat : ſi fortes erimus uiri ueriſimile fuerit nos inimicos ſuperaturos•Si aũt molles: ſub Vandilis turpiter perire cõtinget quãq̃ multa nobis uictoriã pollicenť iuſtitia imprimis ꝓ qua cõtra iniuſtos & iniquos uenim9: noſtra quoq; recupaturi: pꝛterea Vãdilorũ cõtra ſuũ tyrãnũ odiũ atq; maliuolẽtia • De9 nãq; auxiliũ iuſta petẽtib9 ſemp adeſſe ſolet:miles quoq; impanti minime beniuolus agere fortiter ignorat• Preter

hoc nos cum Scythis & Perſis omne æuũ res geſſimus • Vandili autem ex quo Aphricam ſunt adepti neminem inimicum præterq̃ Nudos Numidas habuerunt • Quis autem ignoret ꝙ omnis diſciplinæ ratio exercitatiõe augetur: otio uero debilitatur • Nam uallũ uidetis nobis eſſe unde aciem progredi oportet munitiſſimũ nobis• Adſunt & arma & alia quecũq; ferre nõ ualemus hic præſto parato & demũ huc reuertentibus nobis nihil neceſſarioꝝ deeſt• Oro igitur uos omnis ut ꝓpriæ memores uirtutis & cariſſimoꝝ omniũ quæ domi reliquiſtis ingenti nunc animo rem aggrediamini• Hæc dicens Beliſarius deũq; obteſtans atq; orans uxorem ſimul cum peditibus intra munitiones cuſtodiendam reliquit: ipſe uero cũ equitibus omnibus adequitauit: neq; enim inpreſens uiſum eſt utile de toto ſimul exercitu periclitari: ſed tantum cum equitibus concurrendo & iaculando uires hoſtiũ experiri: ad extremũ cum omnibus copiis pugnare: ꝑmittens igitur prius fœderatoꝝ duces cum ſuis haſtatis & ſcutigeris & reliquo ſimul exercitu ipſe ſubſequebatur • Vbi uero ipſi fœderati cum ſuis ducibus ad Decimũ perueniunt ac interfectorum corpora humi diſpoſita uiderunt inter quos xii • erant ſocii qui cum Ioanne fuerunt: & ipſe Ammatas Vandilorumq; nonnulli: inſuper ex colonis rem omnem geſtam audierunt anxii ac ancipites fuere:quanam in parte telluris locum capere oporteret • Hæc animo uerſantibus ac omnes circa colles perueſtigantibus puluis ſubito ex auſtri parte apparuit: pauloq; poſt Vandilorum magna turma • Illi eueſtigio ad Beliſarium mittunt uti uenire maturet apparentibus iam atq; incumbentibus inimicis• Ducum igitur bifariam ſententiæ fuere nonnulli cenſebant ut irruentibus ſimul occurreretur: alii rem eſſe non tanti adfirmabant ut uires omnes opponere deberent • Hæc inter ſe altercantibus Barbari adpropinquauerunt cum duce Gilimere qui mediam corripuit uiam qua Beliſarius inerat:& qua Maſſagetæ uenerunt cum Gibamundo congreſſi: colles hic undiq; aderant qui nec Gibamundi turmas ac Baliſarii munitiões neq; item uiam qua ibant qui cum Beliſario erant uideri permittebant • Vbi uero prope ambo fuere: contentio utriuſq; fuit exercitus qui nam prius collem in eo loco altiſſimum caperet:qui maxime ad rem gerendã uidebatur oportunus:indeq; uterq; cõſtituebãt ad man9 cũ hoſte deſcẽdere•Feſtinantes igit̃ Vãdili collẽ occupãt in utentes ac hoſtes in fugã uertẽtes ex quo romani pterrefacti in uicũ ſe fugiẽdo receperũt ſeptẽ ſtadiis a Decimo diſtãtem Hic enĩ Vliarẽ Beliſarii militẽ haſtatũ cũ ſcutigeris•dccc•offẽdẽtes putauere oẽs ut ab eo ſuccurrerẽt̃ ac una Vãdilis reſiſterẽt: qd̃ ſecus euenit • Nam

Nudi Numidæ•

& ipſi quoq; horreſcentes curſu ad Beliſarium contenderunt • Hic ego non habeo dicere quod nã fatum Gilimeris fuerit ut in manibus uictoriam habens ſponte neglexerit ac inimicis ſpatium reſpirandi dederit niſi ꝙ in deũ omnia referri oportet qui quando male quid euenire homini ſtatuit conſilium ac mentem imprimis aufert: nec quæ ſunt utilia in deliberando monſtrat• Si enim Gilimer eo die recta hoſtes inſectatus fuiſſet non puto Beliſarium aliquo modo ſuſtinere potuiſſe: ſed cuncta nobis corruiſſe tanta erat & Vandiloꝝ multitudo & Romæis formido incuſſa • Seu etiã ſi recta Carthaginem petiiſſet omnes qui cum Ioanne erant procul dubio interemiſſet qui palantes & ſecuri per campum ambulantes prædabantur • Ciuitatem quoq; ſeruaſſet: inſuper naues noſtras haud longe ſequentes facile cepiſſet: nobis deniq; & redeundi & uictoriæ ſpem omnem ſimul eripuiſſet• Verum nihil hoꝝ egit ſed paulatim e colle deſcendens ubi in plano conſtitit ac fratris cadauer adſpexit in luctum ac ſepulchri curam conuerſus eſt• Atq; hoc modo rei benegerendæ pulcherrimam amiſit occaſionem quam amplius recuperare nõ ualuit• Igitur fugientibus Beliſarius obuiam factus ſtare iuſſit cunctoſq; ordini reponens atq; reſtituens ignauiam exprobrauit • At ubi Ammatæ mortẽ ac Ioannis tropæum audiuit & de loco & de re geſta quæ uoluit accepit curſu contra Vandilos fertur Barbari uero ſine ordine ac improuiſi exiſtentes impetus illoꝝ minime ſuſtinuere ſed certatim fugientes ac partim pereuntes adſpiciebantur : pugnam nox diremit • Vandili itaq; non Carthaginem neq; Byzantium unde uenerant ſed in Bulæ campum ac in partem quæ ferebat in Numidas fugerunt • Hi autem qui cum Ioanne erant & Maſſagetæ diei ſero ad nos reuerſi ac omnibus quæ contigerant ultro citroq; narratis nobiſcum apud Decimũ pernoctauerunt• Die ſequenti pedites oẽs e munitiõibus una cũ Beliſarii uxore adfuere unaq; omnes Carthaginẽ cõtendimus quo cũ ueſpere perueniſſemus extra urbẽ ſub tentonis ea nocte fuimus quãq; nemine ingreſſum ꝓibente Carthaginẽſes enim portas ilico aperuerũt lumina ubiq; diſpoſuerũt: ignes nocte tota ꝑ urbẽ accenderũt•Vandili qui relicti erãt ad tẽpla ſupplices cõfugerunt • At Beliſarius ſtatim rẽ ita diſpoſuit ut tã ex hoſtibus q̃ ex noſtris inſidias utrimq; proiberẽt ne ꝑ noctis tenebras latentes in rapinã ac direptionẽ uenirẽt•Hac inſup nocte naues Euro ſpirãte ad ꝓmõtoriũ ſunt actæ quas ubi Carthaginenſes cõſpexere ferreas catenas portus:quẽ Mandraciũ uocãt traentes facilẽ claſſi aditum fecerũt• Eſt aũt in domo regia habitatio ubi omnes miſeri ſupplcio deſtinati a Tyranno cõcludebatur inter quos mercatores fuere plures eius

temporis qui ad bellũ Gilimerem euntem iuuare opibus rogati fuere: eaq; die perituri erant qua Ammatas apud Decimũ interiit in tantũ uenire diſcrimen. Huius igitur carceris cuſtos ubi hæc apud Decimũ geſta audiuit: tum intra promontoriũ claſſem iam uidit intus ingrediens eos qui nunq̃ ad eam diem ex quo capti fuere bonum nuntium audiuere: ſed in tenebris conſtituti mortem cottidie expectantium interrogat: quid ex eoꝝ ſuſtantia conceſſuri eſſent his qui eos liberarent. At illi protinus reſpondentes quęcumq; uelint. Ipſe autem nihil ſe dixit aliud ab eis uelle q̃ omnes iurare ſi inde aufugerent ei in periculo conſtituto omnibus uiribus ſe auxilio ad futuros. Illi uero ſic egerunt. Ipſe rem omnem manifeſtans: feneſtraſq; ex ea parte quæ mare proſpiciebat aperiens claſſem noſtram oſtendit: nec mora cum eiſdem e carcere liberatis ſimul abiit. Qui autem in nauibus erant nihil eoꝝ quæ geſta erant ab exercitu in terra audientes animo herebant: ac uela legentes in Mercurium ſciſcitatum miſerunt. Vbi rem geſtam didicere uehementer læti nauigauere: quumq; uento proſpero iam prope Carrhaginem. cl. ſtadiis delati eſſent. Archilaus ſimul & eius milites ibidem adplicare iuſſerunt. Nautæ uero minime ob temperauere littus id importuoſum eſſe dicentes ueriſimile fore cito tempeſtatem oriri quam loci accolæ Cyprianam uocant aperte prædicentes ſi forte in eo loco cõſiſterent ne unã quidẽ ex nauibus ſeruari poſſe quod ita ꝓfecto erat. Itaq; uelis cueſtigio collectis in conſultatiõe fuere quid nã facturi. Ad Mandraciũ ire nullo pacto uiſum eſt priuſq̃ Beliſarii mandata uenirent. Præterea portũ eũ cathenis clauſum fore ſuſpicabant: nec etiã totius claſſis capacẽ. Igit̃ locus erat quẽ Stagnũ uti ſupra memoraui appellãt. xl. ſtadiis a Carthagine procul nauiũ capaciſſimus optimeq; ad excipiendũ ſitus: facilẽ huc curſum putantes oẽs poſt ſolis occaſum adplicuere ꝑterq̃ Calonymus cũ ſuis aliqbus qui ducem minime curans in Mandraciũ clam delatus nullo prohibere audente deſcendit: ac opes circa mare incolentium Mercatoꝝ hoſpitum ue ac Carthaginenſium diripuit. Sequente die Beliſarius cunctos e nauibus deſcẽdere iuſſit atq; omnem ordinans exercitum tamq̃ ad pugnam proceſſurus Carthaginem contendit. Timebat enim ne quis hoſtium in inſidiis collocatus occurreret. Hic igitur multis milites commonens ei q̃tam ex hoc labore felicitatem eſſent conſecuturi commemoraris: ſi modeſtiam in Aphros oſtendiſſent: multo magis quũ adeſſent Carthagine ſeruarent eſt adortatus. Aphros enim oẽs Romæos ꝓcul exiſtentes exiſtimare oportere: nec facile Vãdiloꝝ impiũ ſuſtinere poſſe ut q a Barbaris hoibus incõmoda

Mercurium

Mandracium

Stagnum

multa ſint paſſi: quamobrem Iuſtinianus bellum cõtra illos mouiſſet • nec
ſas erat ingratum aliquid erga illos perpetrare quibus uenerant libertatem
ac ſalutem daturi• His dictis Carthaginem ingreſſus eſt:& quando hoſtis
occurrit nullus in palatium aſcendens in Gilimeris throno conſedit : hic in
obuiam fiunt & mercatores & alii Carthaginenſes qui circa littus illud ha-
bitabant uociferantes querebantur nocte ꝑcedente ab eius nautis direpta
ſibi bona• Beliſarius igitur Calonymũ qui erat in careſa iureiurando cogit
omnia furta in medium adferre ac manifeſtare:ille autem quũ iuſſa feciſſet
periurus nihilominus ablata omnia ſecum tulit: uerum paulo poſt penas
dare Byzantii uiſus eſt morbo enim apoplexiæ correptus mente ac ſenſibus
alienatis lingua etiam impedita in erumnis deceſſit : ſed hæc poſtea conti-
gerunt• Igitur Beliſarius tempus nactus oportunũ ſuis eſſe ꝑcipit ubi Gili-
Delphicũ lo- mer duces cibum capere ac morari conſueuerunt Delphicum appellant eũ
cus in ædibus locum Romani non tamen ꝓpria lingua ſed quũ iam diu græcizarent Ro
palatinis• mæ in palatio: ubi lectus ſtramineus regis fuerat : Tripus etiam cõſtiterat
in quo pocula regii pincernæ ponebant:Delphicum hanc uocant habitatio
Palatium• nem: nam & palatiũ ip̃ius Imperatoris ædes uocant:Romani græciſſantes
Auguſtus hic primũ habitauit unde palatium omnẽ regiam appellare ab
eo poſtea contigit • Igitur Beliſarius in Delphico eſt epulatus ac ſi quid in
exercitu clarum ſeu præcioſum aderat uidere ſtatuit tum unuſcuiuſq; fortu
nam manifeſtari ut omnia eſſent cõmunia nihilq; homini ꝓprium • Conti
git igitur Beliſario eadem die tantam ferre laudem q̃tam nec ſuo tempore
neq; ſuperiore dux aliquis æquare potuerit : quum p̄ſertim Romæi milites
in ciuitatem etiam ſubiectam abſq; tumultu ingredi non cõſueuerint : neq;
ordinatim ſecundum quinquagenos : multo etiam minus ex improuiſo
uenientes • Sic enim modeſtos omnis dux hic ſuos reddidit:ut neq; contu-
meliam aliquam neq; minas ullas aut ullus officinæ impedimentum uti
mos eſt eoꝝ interuenire uideremus: ſed in capta ac ſtatum mutante Ciuita
te nulli contingit tabernas claudere aut quicq̃ uenaliũ ſponte negare• Poſt
hæc Beliſarius Vandilos qui ad templa confugerant metũ deponere iuſſos
in fidem accepit: deinde muros urbis reſtituere qui adeo neglecti erant ſu-
perioribus temporibus ut plurimis in locis peruii ac tranſiri faciles uolenti
eſſent• Pars enim bona ipõꝝ ceciderat: quamobrem putauere Carthaginen
ſes Gilimerem in ciuitate hoſtes non expectaturũ quũ non paruo negotio
nec breui tempore exiſtimaret hos poſſe reſtitui • Dicebant quoq; antiquum
Prouerbium • Carthagine prouerbium a pueris ſolitum eſſe iactari: ꝙ Gamma quandoq;

Betam & rurſus Beta Gammã proſequeretur. Quod enim ludentibus tunc pueris in enigmate: nunc omnibus manifeſtum eſſe. Primũ enim Gizerichus Bonifatium expulit nunc uero Gilimerem Beliſarius. Hoc itaq; ſiue ex ſama quadam ſeu ex oraculo fuerit ſic ſe res habuit. Tunc inſup in ſomnium quoddam prius uiſum atq; obſcurum ubi res cõtigit in lucem uenit. Fuit autem huiuſcemodi. Cyprianũ uirum ſanctum ex omnibus maxime Carthaginenſes colunt ipiuſq; templo pulcherrimo ante urbem iuxta littus conſtituto. Feſtum quotannis celebrant quod Cypriana uocant: eodemq; uocabulo ut ego nuper didici ruentem tempeſtatẽ nominare ſolent ꝙ hæc eodem tempore quo feſtum hoc Aphri celebrant oriri conſueuit. Hoc itaq; templũ Vandili imperãte Honorio pulſis Chriſtianis ac ſecerdotibus multa ignominia eiectis tenuerunt: ipſius cura Arianis delegata. Quamobrem Aphri maximo dolore perculſis ac animi pendentibus dicunt Cyprianum in ſonnis apparuiſſe ac bono eſſe animo Chriſtianos hui9 rei gratia iuſſiſſe ſe ſe breui tempore ultiorem futurũ pollicendo: ubi uero res in uulgus prodiit Aphri omnes ultionẽ hãc in Vandilos expectabant nec ꝓpterea unde hæc procedere poſſet conicere ullo pacto poterant. Poſtꝗ autem Iuſtiniani claſſis aduenit dies erat ſecuturus in quo feſtum conſuetum reuertebat. Sacerdotes tunc Chriſtiani quanꝗ Ammatas ad Decimũ contra noſtros ueniret in ſpem eiecti protinus pulſis Arrianis templum recipiunt luſtrationibus curant: ſupſtitionibus purgant: donaria quæ pulcherrima eſſent tholo ſuſpendunt: lychnos præparant: aurea uaſa: omnemq; ꝑtioſam ac ſacrã ſuppellectilem e ſanctuariis promentes reconcinnunt: diligenterq; in ordinem reſtituunt ut quum opus ſint uſui parata. Hæc apud Decimũ geſta ut mihi relatum. Chriſtiani igitur reliqui quibus ex opinione res pulchre ſucceſſit templum & ipſi adeuntes Lychnos omnis accendunt: ſacerdotibus quibus ex lege cura eſt hoꝝ præſto adſunt. Sic igitur ſomnii ueritas patefacta & hæc quidem ſic ſe habent. Vandili autẽ huius uerbi reminiſcentes admirabantur putantes in futurum omnia iam credi poſſe nec ullã penitus ſpem eſſe abiciendam: neq; item poſſeſſionem ullam perpetuã ac firmam: quod uerbũ unde procedat & quomodo ſit dictum referã. Quando enim Vandili ab initio fame præſſi ex eoꝝ patria migrauerunt pars eoꝝ relicta eſt quibus pigritiæ ſe dedentibus metu laboꝝ Gogidiſcum ſequi non uidebatur. Procedente autem tempore neceſſarioꝝ his qui remãſerunt bona copia ex ſententia ſucceſſit. Gizerichus enim cum his qui ſecum erant Aphricã cepit: quod audientes hi qui in patria relicti erant gauiſi ſunt: quũ

Cyprianus martyr.

Cypriana tẽpeſtas.

eis regionem iam reliquam ſatis aduictum amplam ſibi dimiſſam animaduerterent: timentes in reliquum tempus ne ſiue ipſi qui Aphricum ceperunt ſiue nepotes eorum quocunque modo expulſi in patriam unde diſceſſere reuerterentur quod Romanos non diu eos paſſuros putauere: Legatos ad eos miſere qui ubi in conſpectu Gizerichi fuere ſe imprimis uehementer lætari dixerunt quod eos cognatos ſuos & eodem genere natos talem uiderint adſecutos felicitatem ſeſe excuſatum ueniſſe quod regionem patriam ab eis quondam relictam non poſſe diutius quum ſint pauci cuſtodire: quapropter rogabant ut ſi qua illius aut amore priſtino forte tenerentur ac redeundi ſpem nullam propterea haberent inutilem eis poſſeſſionem atque relictam donarent ut domini regionis totius facti ſi quis aduerſus hoſtis ueniat non recuſent pro ea mortem oppetere • Gizerichus igitur ac ceteri Vandili legatis quod bene locutos ac iuſta petere uidiſſent facile annuere: quidam autem ſenex inter eos qui auctoritate prudentiaque clarus habebatur ſeſe ait nullateuus eundum rediturum: quapropter animo fretus Zacynthum adplicuit & multos quidem de improuiſo interficiens ac fortiſſimos quoſque inter quingenos capiens paulo poſt adnauigauit • Poſtquam uero in medio maris Adriatici fuit illorum corpora trucidans per totum pelagus quaqua uerſus diſperſit: ſed hæc ſuperioribus geſta temporibus • Gilimer igitur tum Beliſarium iam potitum audiiſſet Aphros ruſticos multa pecunia: multaque humanitate in ſuas partes ſollicitauit/ac eos induxit ut Romanos per loca diſperſos Aphricæ aggrederentur ſe pro quolibet illorum capite aureum præbiturum pollicitus • Hi uero multos ex illorum exercitu interfecere: non milites quidem ſed miniſtros qui prædandi auidi in uicos circumuicinos euntes clam capiebantur eorumque capita recisa Gilimeri ferebantur • Ipſe uero promiſſa præſtans: militum hoſtes non ſeruos putauit eſſe • Hoc item tempore Diogenes Beliſarii eques haſtatus rem memoria dignam geſſit miſſus enim ſimul cum ſcutigeris duobus & uiginti ad explorandos hoſtes uenit in uicum duorum iter dierum a Carthagine remotum: hos itaque ruſtici quum ſatis uirium non haberent ad inuadendum Gilimeri nuntiant adeſſe Ille trecentos electos equites ilico mittit mandans ei uti captos ad ſe ac uiuos ducant • Res quidem memoranda Beliſarii equitem cum ſcutatis tantum • xxii • eos omnes cepiſſe • Nam domum quandam ingreſſi in ſuperiore cœnaculo dormierunt nihil omnino ſuſpicantes quum audiiſſent inimicos procul abiiſſe • Vandili autem mane paulo ante lucem uenientes effringere quidem ianuam ſeu nocte domum ingredi minime tutum putabant: metuentes ſi in nocturnam incidiſſent pugnam ne ſe ipſos inculcantes in tene-

bris pro hoſtibus inuicem interficerent ꝙ ſi accideret inimicis exitũ ac eun dendi tempus laturos: hæc tamen ob formidinem cum noſtris congredien di cogitabant: quum nihil facilius fuiſſet hominibus illis frumenta conuci ſolitis uiros improuiſos nec ſolum diſarmatos ſed nudos ac humi ſtratos ca pere. Verum ipſi domũ omnem circũſiſtentes portas primũ Phalange con ſtituta obſeruant. Interim unũ e militibus Romæis contigit e ſonno excita ri ut qui tumultum audiuerit Vandiloꝝq; uoces inter ſe clam murmuran tium atq; arma mouentium: quumq; quid nam rei eſſet ſecum ſciſcitaretur quẽlibet ſocioꝝ excitat quæ audiuit nunciat. Illi uero ſtatim Diogene mo nente ueſtes tacite omnes induũt: arma corripiunt: ad inferiora deſcendũt ubi frenis equis iniectis ꝓtinuſq; nullo ex hoſtibus ſentiente cõſcenſis pau lulum ſic parati intra domus atriũ cõſtiterunt ac repente una omnes egre diunt. Vandili uiribus quibus poſſunt in eos irruũt fruſtraq; inſtant nam Romæi ſcutis operti contra tela erant & haſtis inuadentes certatim repelle bant. Sic demũ Diogenes hoſtes euaſit duobus tantũ deſideratis reliquos ſeruauit. Nec tamen ipſe ſine cruore nam manũ leuam ſauciatus: digitum minimũ amplius mouere non ualuit: deinde tria in uertice ac ore uulnera accepit ex quibus paulopoſt exceſſit. Beliſarius igitur uti ſupra narrare cę pimus ad muros reſarciendos conuerſus multã operariis aliæq; turbę pecu niam erogauit: mœnia ipſa foſſa circũdedit ingenti ualloq; ac denſis cancel lis eam muniit: atq; hæc omnia mira celeritate ita ut Carthaginenſes mira rentur. Ipſe Gilimer quum captus Carthaginem ueniſſet opus magnopere probauit ſimulq; ꝓpriam in his obeundis negligentiam damnauit dictitãs manifeſto ſibi cauſam inſecuti caſus fuiſſe. Hæc itaq; a Beliſario apud Car thaginem geſta. Zazon uero Gilimeris frater uti ſupra narratur cũ claſſe in Sardiniam inuectus in Caranalis portũ deſcendit Ciuitatẽq; eam repen te cepit ac Godam tyrannum ac quicquid cum eo inexpugnabile uidebat ſuſtulit. Vbi uero audiit claſſem Iuſtiniani Aphricæ terrã attigiſſe neſcius adhuc eoꝝ quæ geſta erant fratri in hanc ſententiã ſcripſit. Godam tyran num meis manibus periiſſe & Inſulam rurſus regno tuo reſtitutam o Van diloꝝ atq; Alanoꝝ rex profecto ſcias: qua ꝓpter uictoriæ feſtum celebrita temq; agito: reliquos uero hoſtes qui noſtram inuadere ſunt auſi terram ex iſtima eundem fortunæ breuiter exitum habituros qui eiſdẽ contra noſtros maiores uenientibus contigit. Has itaq; litteras Aphri nihil hoſtile cogitan tes ferunt per mare in Carthaginenſium portum ubi a cuſtodibus Beliſarii capti ac ad ducem miſſi litteras tradunt tũ omnia narrant uidentes autem

Caranalis portus.

fortunæ cõmutationem ac tantam ſubito uarietatem ſtupuere: nihilq; pro pterea ex Beliſario mali tulerunt. Sub idem tempus aliud huiuſcemodi cõ tigit. Gilimer paulo ante q̃ noſtra claſſis in Aphricam perueniſſet ora tores miſit in Hiſpaniam quoſdam quorum Princeps Gotthæus & Fuſcias fuere ut Theudim Viſigothoꝝ regem ad ſocietatem ineundam cum Vandilis in ducerent. Hi poſtq̃ ad Gederam perueniſſent per Herculis fretum tranſe-

Theudis rex. untes Theudim offendunt in paruo oppido ꝓpe mare cõmorantem: huma niterq; ab eo domi excepte in cõuiuio ante omnia interrogauere quonãmo do Gilimeris Vandilorũq; rex ſe habeant. Nam dum ipſi Legati in itinere cunctarentur contigit onerariam nauim eodem die quo Romæoꝝ exerci tus Carthaginem ingreſſus eſt diſcedere: ac in Hiſpaniam uento ſec ũdo ce leriter delatam: unde Theudis rem omnẽ geſtam ex Carthagine accipiens mercatores quicq̃ referre anteq̃ omnia patefacta eſſent an uera prohibuit. Poſtq̃ uero legati regi reſpondiſſent omnia ꝓſpere ſe habere interrogat rur ſus ille cuiuſnam cauſa uenerint reſpondenribus ſotietatis ineundæ ſe gra tia ueniſſe ait ut ad littus Aphricæ reuerterenť: ibiq; ſe omnia tuto ſcituros Legati autem quum non ſanum regis uti forte ebrii uerbum putaſſent ta centes rem diſtulerunt. Poſtero autem die in colloquiũ rurſus uenientes ac ſotietatem petentes idẽ ab eo reſponſum tulere: exiſtimantes igitur res no uas in Aphrica ortas eſſe nihil tamẽ de Carthagine ſuſpicantes uerſus eam remeant ꝓpeq; iam exiſtentes in Romæos incidunt milites: captiq; & ad Beliſariũ ducti cuncta quæ contigerant narrauere nihil ꝓpterea & ipſi leſi ducis humanitate fuere. Hæc itaq; ſic ſe habuerunt. Interea Cyrillus quem ſupra in Sardiniam miſſum a Iuſtiniano memoraui: quum ꝓpe Inſulam cuncta quæ Godæ accidiſſent accepiſſet: Carthaginem eueſtigio adnauiga uit: ubi Beliſarii Romæorũq; uictoriam ſubſecutam uidiſſet hic ſubſtitit.

Corbulæ campus. Solomon quoq; rex Iuſtiniano nunciatum mittitur. Gilimer poſtq̃ in Cor bulæ campum ſe recepit qui quattuor iter dierum a Carthagine nec ꝓcul e Numidarũ finibus diſtat. Hic Vandilos omnis ad ſe uindicandum exci tat ac ſi quos inter Mauritanos amicos habebat: nam pauci admodum in eius ueneranr fœdus atq; hi omnino liberi & ſine Principe: quicũq; enim & in Mauritania & in Numidia & apud Byzantiũ Mauritanis dominati ſunt Legatos ad Beliſariũ miſerunt ſeſe Iuſtiniani ſeruos ꝓfitentes in eiuſq; fœdere libenter fore adfirmantes: nõnulli etiam filios opſidum loco ſponte miſerunt ſignaq; ab eo imperii ex antiqua lege mitti petierunt. Lex enim Mauritanis erat præfectum nullum eſſe oportere qui Romæis ſit aduerſus

quæ non ſigna prius magiſtratus a Romæo℞ ferat Imperatorem quæ ſi a Vandilis ipſi acciperent nō putabant firmā habere dominationē. Sūt aūt ſigna hæc Baculus argenteus ſupraq; auratus: pileum argenteū non totum obtegens caput ſed ueluti corona loris argenteis circūpendentibus ornatū: ueſtis aliqua uilis admodum & alba uariæq; diſtincta. Arbyla (nā genus id eſt ſoleæ) aurata. Beliſarius igitur & hæc illis miſit & pecunia multa quē libet ipſo℞ donauit: nec ꝓpterea in fœdus cū eo uenerunt: neq; item Vandilis auxiliū ferre ſunt auſi: uerum quieſcentes neutriq; aderentes parti exitum fortunæ belli expectabant. Sic Romæo℞ tūc res ſe habuere. Gilimer autem amiſſa Carthagine quendam e Vandalis in Sardiniam Zazoni fratri cum epiſtola mittit: qui confeſtim ad littus ueniens onarariā tunc forte ſoluentem nactus in Caranalis portum adnauigauit: epiſtolamq; Zazoni tradit in qua hæc ſcripta erāt. Exiſtimo profecto nō Godam in Sardinia a nobis deficientem ſed quoddam Vandilo℞ hoc tempore fatum teq; ac ceteros fortiſſimos mihi ſubripuiſſe: ex quo contigerit omnes Gizerichi opes ac bona ſimul corruiſſe: non enim ut Inſulam nobis ſeruares a Goda hinc abiiſti: ſed ut Aphricæ totius Iuſtinianus potiret. Nā quod fortuna prius ſibi uoluit nunc licet exeuentis iudicare. Beliſarius igitur paruo admodum exercitu contra nos uenit: uirtus autem ſolita Vandilo℞ omnino deficiens una ſecum fortunam etiam apſtulit. Ammatas enim & Gibamundus ob noſtro℞ ignauiam atq; mollitiem perierunt: inſuper equi & naualia omnis deniq; Aphrica cū ipſa Carthagine ab inimicis tenentur: quibus nunc quieſcere licet pro labore ac uirtute bellica filios ac uxores omnis deniq; opes noſtras poſſidētibus nobis tantum Bulæ campus relictus ubi ſiqua reliqua ſpes nos uoſq; defendat ac muniat. Quaꝓpter tyrannidem ac Sardiniam omnēq; circa iſta loca curam deſerens ad nos cum omni claſſe protinus aduola. Nam quibus de rei ſumma periculum iminet ſtultum eſt alia curare Simul enim infuturum pugnantes contra hoſtes uel fortunam priſtinam recuperabimus uel hoc ſaltem lucrifaciemus: ꝗ ſimul etiā ferre caſus quos nobis deus inflixerit adſueſcemus. Hæc ubi Zazon accepit atq; Vandilis retulit in luctus atq; lamentationes cōuerſi ſunt: neq; tamen manifeſto ſed clam inſularibus intra ſe tacite ſuum fatum conquerebantur: ac ſtatim ita ut erant in pñti naues cōſcendunt: inde cum omni claſſe ſoluentes tertia die in Aphricæ littus peruenerunt: quod Numidas a Mauritanis deducit. Inde uero pedeſtri itinere in Bulæ Campum contendunt ubi cum alio exercitu ſe cōiunxerunt. In quo congreſſu tot fuſæ quærelæ ut uel inimicos ad

Arbila

Epl̃a Gilimeris ad fratrem

miſericordiam deducere potuiſſent. Quum enim ambo fratres in cõſpectu fuere collo inuicem cõplectentes (neq; enim amplius ſimul cõuenturi erãt) nihil ſint collocuti ſed tantum dextris cõiuncti lacrymas uberes fundebãt: eodemq; modo quiſq; Vandiloꝝ qui cum Gilimere aderant cum eis qui e Sardinia aduecti erant faciebat: ſic demũ aliq̃ diu morati dolorẽ parump leniuerunt. Nulli autem ex utraq; parte poſtq̃ præſenti ſunt fortuna deſtituti priora quæ eis ex ſententia euenerant proſpera putauere: neq; qui e Sardinia redierant interrogare quid in Aphrica maloꝝ contigerat curabant: ſatis enim ex loco & ueſtitus exiſtimare facile quæ acciderunt potuere: neq; item filioꝝ aut uxoꝝ ſermonem ullum fecere certo arbitrantes ſi quis eoꝝ abeſſet aut extinctus aut in hoſtium manibus exiſteret: Hæc quidem ſic ſe habuere.

PROCOPII LIBER QVARTVS PER RAPHAELEM VOLATERRANVM CONVERSVS.

GILIMER autem ubi congregatos circa ſe omnis Vandilos uidit Carthaginem uerſus duxit exercitum ut ꝓpe Ciuitatem aquæductum pulcherrimũ qui in eam aquas introducebat abrumperet: quumq; aliquãdiu in caſtris fuiſſent ſe in ſua receperunt tanq̃ minime occurrentibus inimicis ſpernenteſq; cætera ibi oppidula tantum uias opſidere atq; cuſtodire decreuerunt & hoc demum pacto Carthaginem expugnare poſſe putabant: neq; enim aut ꝑdabantur: aut agrum aliquo modo populabantur ſed tanq̃ proprii curã gerebant ſimulq; proditionem quandã ſibi breuiter ſperabant ab his prouenturam tam Romæis q̃ Carthaginenſibus qui ſectæ ſtuderent arricinæ. Inſup ad Vnnoꝝ principes miſit rogatũ auxilia plura & q̃ maxima ꝓmittens ſi auſcultauerint. Illi autẽ quum Romæis minime afficerentur utpote nõ ſponte ad eoꝝ ſocietatem & fœdus deducti (quærebãt enim Romæoꝝ olim ducem Petrum iuraſſe:ab eodemq; periuro paulopoſt ſe perductos Byzantium) Vandiloꝝ petitioni clam annuerunt: ac poſtq̃ in rem præſentem ac ad pugnam ueniſſent ſimul contra Romæoꝝ exercitũ ſe conuerſuros receperunt. Hæc igit̃ omnia Beliſarius ſuſpecta iamdudũ habens ꝙ eandem a tranſfugis audiuiſſet nondum tempus oportunũ egredi cõtra hoſtes uiſum eſt ei ſed tñ operi cepto reſtituendoꝝ muroꝝ quos nõdũ abſoluerat uacare decreuit. Deinde Carthaginenſem quendã nomine Laurũ in ꝓditione deprenſum & a ſuo notario captũ in colle quodam ante Ciuitatem palo infixit: cuius exemplo cæteri territi ſi quid & ipſi animo tale excogitaſſent deſtitere. Maſſagetas quoq; qui lente in bello ꝓcedere ſunt uiſi & donis & menſa placando induxit apte fateri quidam præmii a Gilimere expectaſſent ꝙ ipſi tã pigre ac ſegniter in pugnã ꝓceſſiſſent: reſpõderũt nihil penitus ex eo ſperaſſe: ueꝝ nõ ꝓmpto fuiſſe animo ꝙ metuerẽt Vãdilis uictis ne ipſi miſſionẽ impetrare poſſent aut ad patriã reuerti:ſed a Romęis in Aphrica remanere ac mori cogerent̃:demũ ne ꝑda ipſa priuarent̃:qbus Beliſarius iureiurãdo adfirmauit metũ omnino abiicerẽt ꝙ ſi Vandilos penitus ſubiugare deus dederit ſe ꝓtinus domũ cũ oibus ſpoliis ac ꝑda remiſſurũ:ſic ad bellũ deinceps aioſiores ꝓmptioreſq; reſtituit. Deinde quũ męnia pfecta eſſent: oiaq; ad pugnã incũdã parata eſſe cõſpiceret ut ſuos accẽderet cõuocato exercitu ſic exorſus eſt. Nõ uideo Cõmilitones cur exortatiõe aliqua Contio Beliſarii.

in pn̄ti certamine ſit opus ꝙ ita nup uos ſtrenuos uidi dimicando: ut uictis inimicis Carthaginē ac omnē Aphricā ueſtræ uirtutis poſſeſſionē feceritis quapꝑter nullo uos egere uerboꝝ incitamēto putauerim: nā q ſemel uicere nō ueriſimile in futuꝝ animo priori parē nō eſſe•Illud tn̄ nō ab re monuiſſe putauerim:ut ſi rurſus tales uos uiros ut in pugna p̄terita p̄ſtabitis finē pfecto omni Vādiloꝝ ſpei urōq; labori ac pugnæ ſtatuetis • Itaq; uos omnino magno aīo in hoc ultimo ꝑlio decet eſſe: qd regē uobis ac otiū ſit pariturū• Neq; ē ꝙ hoſtiū metu terreamini nā neq; hominū multitudine:neq; corporū ꝑceritate ſed aīoꝝ uirtute rem bellicā metiri ac expendere fas eſt•Pudor ante oīa quū ī acie ſteteritis urōs ob oculos uerſet᷑:quæ una res oium fortiſſimos reddit•Verecūdia pfecto eſt generoſos hoīes ſeipis inferiores ac infra ſuā uirtutē agere uideri • Nec dubiū quin hoſtes & pn̄ti timore & p̄teritoꝝ maloꝝ memoria coacti mollius ſe ī hoc cōflictu ſint habituri: fortuna enim ubi primū aduerſa conſpicit ipſam ab ea decidentiū mentē proſternit atq; in ſeruitutem redigit: Inſup uobis pro rebus longe maioribus atq; prius certamen erit: in prima namq; pugna ſi forte conatus minime ſucceſſiſſet uſq; tantū eo periclitandū erat ut aliena terra careremus:nunc autē ne noſtram amittamus: quāto igit᷑ poſſidere leuius q̄ poſſeſſis qn̄q; priuari tanto nunc magis periculum q̄ prius nobis extimandum • Sed quum multa nobis uictoriam pollicentur: tum imprimis nobis Deus propitius: deinde ꝙ toto concurrimus exercitu: ſi enim abſq; peditibus prius hoſtes uiciſtis quanto nunc magis cum eis potiemini: præſentem igitur occaſionem cognoſcite:ſinemq; bello imponere: quum ſit in ueſtris hodie dextris ne differte • Fortuna enim in rebus ſeſe offerentibus neglecta non æque poſtea redire ſolet• Paratam enim felicitatem ſpernentibus numina iraſci conſueuerunt • Si quis autem inimicos qui & filios & coniuges uniuerſaq; ſibi cariſſima in noſtris eſſe manibus uident auſuros ex ſententia ac uoluntate eoꝝ eſſe putat non recte exiſtimat • Doloris enim uehementis acerbitas & robur & uires omnes abſumit ut ne p̄ſenti audacia rebuſq; paratis uti p̄mittat • Quæ omnia uos diligentius examinare ad bellum paratos adderet: tū dignam generi nominiq; ueſtro laudem referre • Talibus Beliſarius & ortatus equites omnis præter quingenarios eo die præmiſit•Scutigeros uero ac ſignum quod Romæi Bandum uocant Ioanni Armenio committens: ac ſi fuerit occaſio iaculari mandauit • Ipſe uero poſtera die cum reliquis peditibus ac quingenariis equitibus conſecutus eſt • Maſſagetas autē liberos dimiſit ꝙ cū Gilimere pariter ac cum Romæis conſentire & ubi inclinatam uiderent

Bandū quid ſit•

uictoriã hos tm̃ ſequi uiderent· Romæoꝝ itaq; exercitus aduerſus Vandilos egreſſus deprendit eos apud Tricamarũ caſtra habere·cxl·ſtadiis a Carthagine diſtans: hic ꝓcul inter ſe caſtrametunť Romæi: Vbi autem plurimũ noctis ꝓceſſit quum in parte ſuoꝝ ſumma haſtaꝝ igne adligato ardentia conſpicerent: nõ ſane omnes ſed tm̃ clare intuentes perterriti ſunt prodigium putantes ac plane ignorantes hoc fieri ſolere· Contigit & idem Romanis in Italia rurſus longo poſt tempore quando uictoriæ ſignũ piræ inſtar ardentis adſpicientes uictoriam eſſe putauere uerũ nunc huius neſcii moris multa trepidatione noctem eam traxere· Sequenti die Gilimer pueros ac feminas opeſq; omnis in medio munitionũ ponere iuſſit· Conuocatiſq; ad contionẽ militibus ſic ait· Non pro gloria nobis uiri Vandili neq; pro Imperio tantum hodie certamen eſt quibus ſpretis forte a nobis poſſimus ſaltem domi manere noſtra tantum poſſidentes: ac reliqua utentes fortuna· Sed eo uenimus ac in eam ſorte neceſſitatem compulſi ut niſi uiceremus nos imprimis pereuntes: liberos coniuges ac omnia bona regionis deniq; totius dominos hoſtes relinquemus: ſi autem ſuperuixerimus hæc omnia noſtris oculis grauius uidere nobis erit· At ſi hoſtium immaniſſimoꝝ potiemur uiuentes in omni rerum copia ac pace tum decore liberiſq; item ac coniugibus perpetuam relinquere felicitatẽ licebit· Vandiloꝝ prᴂterea nomen illuſtre reddetis ac templum reſtituetis amiſſum· Si enim ullis unq̃ de omnibus periclitari contigit nunc nobis maxime: ut ſpes omniũ in nobis tantum ipſis ferentes in acie conſiſtamus· Non enim corporibus tantũ propriis aut de morte ſed de re tota periculum: uictoria namq; deſperata nihil prius nobis fuerit q̃ mori· Vt igitur ex ſententia conatus eueniãt nemo ueſtrum effeminato ſit animo propoſiti magnitudine corpus tueatur: malorum uerecundiam: uitæ poſtremo turpis commutationem exorreat· Nam ſi turpia erubeſcetis nullum in futurum periculum timebitis· Ante omnia uero prioris pugnæ omnino nulla uos memoria ſubeat: non enim ignauia ueſtra ſed fortunæ malignitate corruimus: quæ non ſemper eadem redire ſed ſingulis diebus multa uarietate conſueuit· Poſt hæc fortitudine imprimis Vandili Romæos anteire gloriamur tum militum numero longe præcedere: decuplo plures exiſtentes: addam quoq; illa q̃ maxima quæ nos ad uirtutem magnopere excitare deberent· Gloriam uidelicet maiorum noſtrorum tum Imperium nobis ab illis per manus traditum quod nobis ut ab eis degenerantibus relictum turpe fuerit per ſecordiam amittere· Nihil de Coniugum quærelis aut liberorum lacrymis dicam:

Tricamarum

Victoriæ ſignum·

Contio Gilimeris·

dicā: quoꝝ nūc aſpectu ego pene exanimatus ſermone ulterius tendere ne/
quco• Illud tñ memorabo extremū ꝙ nō amplius ad hæc nobis cariſſima
reuerti licebit niſi uictoribus:quoꝝ omniū reminiſcētes uiri queſo eſtote for
tes & Gizerichi domū ac gloriā minime dedecore labefactate• Hæc ubi Gi
limer fuit exortatus Zazonem fratrē iuſſit priuatim uerba eos facere Van
dilos qui e Sardinia cū eo uenerāt• Ille uero longe aliquantulū ab exercitu
Zazonis uer ba ad ſuos• ſuo congregatos ſic adloquitur• Omnibus ꝓfecto Vandilis o Cōmilitones
de his certamē eſſe ſcitote quæ nup a rege oēs audiuiſtis• Vobis aūt pter cæ
teros omnis uobiſcū certare ad priſtinā excitandā uirtutē fas erit: nup enim
uiciſtis de Sardiniæ principatu cōtendētes:eāq Vādiloꝝ regno reſtituiſtis
multo nūc igiť magis fortitudinē oſtēdere ubi de tota repericlitamur opor
tebit: nā eos qb9 de maiorib9 eſt cōtentio maiorē etiā i pugna uirtutē pſeferre
adderet:ſi forte uos illic ſuccūbere cōtigiſſet ꝓ unius tm̄ loci tyrānide di/
micātes cōtigiſſet:hic ubi de ſūma reꝝ ac neceſſariis agere uincere adiuti de
betis• Enī uero q de oībus decertat uitæ finē ſimul cū malis oībus i exitu bel
li cōnumerat• Sed & ſi in pñs uiriliter agetis• De Gadó tyrāno pauloañ ui/
ctoriā ueſtre adſcribetis uirtuti• At ſi nūc inertia uos corripit: omnē priorē
gloriā tāq nō ueſtrū ſed fortunę opus exiſtētē omnino amitteris:quāq alias
promptiores uos eſſe cæteris Vādilis in hoc certamine par erit• Illos eni ad/
uerſa fortuna quā ſemel paſſi ſūt tardiores timidioreſq reddit:uos aūt inco/
lumes & in uictoria exultātes maiore rurſus in piculū audacia mete nullus
ꝓibet caſus• Illud inſup ab re dictū nō putauerim ut ſi hoſtiū potiamur uo
bis ex magna pte hui9 uictoriæ laudē uindicabitis: qn ceteri uos potiſſimū
gētis Vādiloꝝ tutelā firmiſſimā uocitabūt• Nō eni ueriſimile eos q ſemel ex
cidere meliorē:poſtea fortiāť fortunā• Hec igiť cūcta animis uřis meditātes
oportet puto liberas cōiugeſq plorātes bono eſſe animo iubere deiq añ oīa
auxiliū expoſcere deniq audacter cæceros ducēdo Vādilos in pugnā deſcē
dere• Hec & Gilimer & Zazon admonētes in aciē milites educūt circa prā
dii horā Romāis minime pparatis ac i prādio diſponēdo occupatis tū circa
fluuii ripas cōſiſtētes ad pliū ordinat• Eſt eni hic fluui9 penne qdē fluēs ſed
ad eo puus ut accolæ in nullo dignitatis noīe in riui pte appellēt • In altera
uero ripa Romæi aduerſus locati aciē ſic ordinauere:Siniſtrū cornu Marti
nus Valerianus Cyprian9 Althias Marcellus ac fœderatoꝝ duces tenuerūt
Dextrum uero Pappus Barbarus Aigan & omnes qui equitibus præerant:
In medio uero Ioannes ſimul cum ſcutigeris & haſtatis equitibus: Beliſarii
aderat qui ducis ſignū ferebat : nō eni Beliſarius in tpē cū quingenis uenit

retro pedites qui ſubſequebantur relinquens• Vnni autē omnes in alio loco
conſtituti fuere• Maſſagetas uero qui prius minimū cū Romæo exercitu ſe
miſcuerunt iā animo cogitantes quæ antea narrauimus: nequaq̄ cū cæteris
in acie diſponi ſponte licuit: Et Romæoꝝ qdē ſic ſe ordines fuere• Vādiloꝝ
uero in hūc modū: In altero cornu Chiliarchi erāt quoꝝ qlibet turmę ꝑerat
ei ſubiectæ: In medio Zazon Gilimeris frater: retro aūt Mauruſii poſiti fue
re• Ipſe Gilimer quaq̄ uerſus in exercitu adeqtās nūc hos nūc illos ad pugnā
fortitudineq; īpellebat• Suis oībus aūt edixit ut neq; haſta neq; alio quo uis
inſtrumēto in hac pugna niſi tm̄ enſib9 uterenť• Dū utriq; in armis parati Pugna Trica
cōſiſterēt nemine aduc pugnā incipiēte Ioannes cū paucis e ſuis electis Beli marenſis•
ſarii iuſſu flumine traiecto primus in medios incurrit hoſtes• Hic Zazon
eos ui repulſos inſeqtur: at illi fugiētes ad ſuos ſtatim ſe recipiūt• Vādili pſe
quēdo flumē uſq; puenerūt• Iterū Ioānes e Beliſario plures atq; prius ſcuti-
geros adducēs i Zazonē inueitur: iterūq; expulſus in Romæoꝝ ſe exercitū
recepit: Tertio itē cū oībus pene Beliſarii & haſtatis & ſcutigeris ducis ferēs
uexillū cū clamore ſtrepituq; maximo ꝓcurrit: Barbari aūt fortiter reſiſtētes
aliq̄diu enſib9 tm̄ utendo fuere: pugnaq; ardua & anceps fuit uſq; quo ho-
ſtiū fortiſſimi atq; optimi plures cadūt: pauloq; poſt ipſe Zazon Gilimeris
frater: Tūc uero oīs ſiľ romæoꝝ exercit9 cōfertim mot9 ac flumē traiciēs in
eos ferť: hoſtiū fuga clariſſima in medio factu cæteri nullo negotio fuganť
qd̄ Maſſagetæ adſpiciētes ut iādudū animo cōceperāt ſimul cū Romæis in
ſectando ꝓceſſerūt neq; longa fuit inſectatio• Nā Vandili in caſtra muni-
tioneſq; ſe recipiētes quieuere• Romæi uero quū nō uiderent eos intra uallū
cōſtitutos expugnare poſſe mortuos q aurū ſecū haberēt ſpoliāt & in caſtra
reuertunť• Deſiderati in hac pugna fuere Romæoꝝ minus q̄ qnquaginta: Victoria Ro
hoſtes uoro octingēti• Beliſarius cū reliquo peditū exercitu accelerās circa mæoꝝ apud
diei ſerū Vandiloꝝ caſtra petit quē quū procul Gilimer uenientē cū omni Tricamarū•
reliqua multitudine cōſpexiſſet nihil penitus neq; dicēs neq; mādans clam
equo conſcenſo ꝑ uiam aufugit quæ ducit in Numidas una ꝓpinquis eius
ac paucis admodum ſeruis conſequentibus• Vandilos autē reliquos animo
conſternatos atq; exterritos quum aliq̄diu Gilimeris fuga latuiſſet ubi pri-
mum eam cognouiſſent: Romæoſq; in conſpectu habuiſſent: uiri quidem
tumultum excitant: pueri conſtrepunt: feminæ ululant: neq; ſuſtantiæ
aut rerum præcioſarum curam habentes protinus uia quæ cuiq; occurrit
nullo decore certatim fugiunt• Romæi e ueſtigio caſtra uiris uacua ingreſ-
ſi pecuniā ac opes omnes adripiunt totaq; perſeuerantes nocte hoſtiū quot

occurrerant interfecerunt: pueros uero ac feminas inter captiuos habuere· Tantã igit̃ pecuniã in his caſtris repperierũt q̃ta nec uſq̃ uiſa eſt· Nã quũ iamdudum Vandili Imperiũ Romanoꝝ uſurparent multas inde pecunias in Aphicam miſerunt· Deinde ꝙ ea regio fructus copioſiſſime omnis generis ferret: redditus inde ex his quæ ibi peruenirent eſſe contigit: nec eos ob uſui neceſſaria extra terram illam erogare aut mittere opus: quaꝓpter magnus coactus cenſus ſpatio annoꝝ· lxxxxv· quibus Vandili Aphricã poſſiderunt in manus Romãoꝝ rurſus eo die uenit· Hæc igitur pugna & inſecutio & caſtroꝝ expugnatio tribus factæ ſunt menſibus ſupra mediũ Decembrem: poſtq̃ Romãoꝝ exercitus Carthaginem eſt ingreſſus· Beliſarius itaqꝫ quum exercitum in redeundo ſparſum ac ordine nullo procedentem animaduerteret ualde ſubcenſuit: metuens ne in tota nocte hoſtes ſimul in inſidiis cõuenientes in eis ex aliqua parte uenirent ac incõmodum aliquod inferrent: quod quidem ſi modo aliquo tunc fieri contigiſſet puto Romæũ nullum periculum euitaſſe· Milites enim pauperes admodum homines exiſtentes quum in tot diuitias paratas ſimulqꝫ & pulcherrima corpora magnopereqꝫ decora ſubito incidiſſent: animũ nullo modo compeſcere: nec ullam præſentium bonoꝝ ſacietatem repperire ualuerunt: ſed ita libidinibus rerumqꝫ copia atqꝫ auaritia ſunt capti ut quilibet ſecũ omnia ferre Carthaginem redeundo uoluerit: neqꝫ multi ſimul in hac cura occupati fuere: ſed ſparſim ac palanres unus uel duo quocunqꝫ ſpes lucri rraebat uagabantur: nec ſolũ in aperto ſed in ſaltibus lociſqꝫ aſperis aut ſpeluncis in manifeſtũ ſe periculum ac inſidias coniiciebant· Neqꝫ enim hoſtium metu neqꝫ Beliſarii reuerentia neqꝫ aliqua alia re mouebantur quin ubi ſpolia predamqꝫ uidiſſent protinus ſpretis omnibus eo adcurrerent· Quæ omnia Beliſarius animaduertẽs magna in anguſtia uerſebatur quonam modo rem quaſſam componeret ubi uero illuxit mane in colle iuxta uiam cõſtitit: eoqꝫ turbam aduocans & milites & ductores ſimul acriter obiurgauit: tunc hi qui ꝓximi aderant præſertim e Beliſarii domo rapta omnia cenſumqꝫ & captiuos cum tabernaculis & menſis Carthaginem miſerunt: ipſi autẽ iuxta ducem ambulantes dicto audientes fuere· Ioanni quoqꝫ cum ducentis iuſſit Gilimerem perſequi nec ullum diem neqꝫ noctẽ intermittere: donec aut uiuum aut mortuũ comprenderent· Vandilos uero quicũqꝫ in proximis ciuitati locis ad templa ſupplices confugiſſent ſub fidem primũ uocatos ac armis ne nocere poſſent exutos Carthaginem ire poſſe mandauit: donec ipſe ueniret his qui quieti inuenirent̃ minime officere promiſit: qui uero armati eſſent

in templis ereptis armis in urbem ducebantur• His igitur hoc modo conſti tutis quum recte omnia ſe habere conſpiceret ipſemet cũ toto exercitu q̃ta poterat celeritate perſequi decreuit• Ioannes interea decẽ iam dies totidẽq; noctes adequitans non procul a Gilimere exiſtebat quin poſtera die ad ma nus cum eo uenturus erat: uerum rem caſus impediit huiuſcemodi • Erat in Ioannis ſocietate Vliares Beliſarii eques haſtatus unus omnino & animi magnitudine & uiribus corporis p̄ſtantiſſimus uerum tunc procul a curis ut ſæpe fit uinoq; ac iocis plus ſolito indulgens hic ſexta perſecutionis die uino grauis circa ſolis exortum auem quendam ſuper arbore reſidentẽ con ſpexit ſtatimq; arcu ſumpto in eam telum dirigit neq; attigit ſed Ioannem forte in colle retro conſiſtentem feriit: quo ex uulnere ille paulo poſt periit: multum ſui deſiderium & Imperatori Iuſtiniano & Beliſario & exercitui toto inſup Romæis ſimul & Carthaginenſibus relinquens: præterea forti- tudine reliquiſq; uirtutibus excellens urbanitate & manſuetudine ingenti equitate ac iuſticia nulli inferior• Sic igitur Ioannis fatũ fuit• Vliares autẽ ubi ad ſe per rationem rediit in proximi uiri templum ſupplex ac meſtiſſi- mus confugit• Interim milites ulterius contra Gilimerem tendere ſuperſe- dentes circa Ioannis curam adſidue conſtiterunt• Deinde extinctum hono rifice tumularunt: iuſtaq; ei ex pietate fecerunt: remq; ex ordine omnẽ Be- liſario ſcribẽtes ip̄m expectauere • Ille nuntio ſtatim accepto ad Ioãnis pro perans ſepulchrum illius caſum inſontis magnopere fleuit: nunc illum mi ſerando nũc ſuum fatum conquerendo qui tali orbatus eſſet uiro: eiuſq; tu- mulum cum rebus aliis tum cenſus redditu honeſtauit: nihil ꝑpterea mali Vliario fecit: eo ꝙ milites adfirmarent per ſancte ſibi iuratis mandaſſe uti nullam permitterent eum ex hoc penam ſubiturum ut non ex ſententia ſed caſu atq; fato id accidiſſe• Hoc igitur fugæ ſpatium nactus Gilimer manus Romæoꝝ eo die euaſit• Beliſarius eum inde perſequens uſq; Echyram per- ueniens Ciuitatem iuxta mare ſitam decem a Carthagine dierũ iter diſtan tem quam Hipponem regiam uocant• Ibi Gilimerem audiuit in Papuam montem confugiſſe nec facilem a Romæis captu eſſe • Hic enim mons in Numidiæ finibus extremis ualde quidem abruptu adituq; difficilis: petris undiq; altiſſimis cõmunitus in quo Mauruſii Barbari habitant Gilimeris amici ac in bello ſocii• Iuxta quoq; montem urbs Medeos ſita in qua tem- pore Gilimer ſimul cũ his qui eum ſecuti fuerant quieſcebat • Baliſario aũt hunc locum cõmode expugnare non eſt uiſum: præſertim ꝙ hyemis tẽpus eſſet: tum ꝙ Carthagine res aduc pendentes nec ſatis cõſtitutas reliquerat:

Vliares

Ioannis caſus

Echyra urbs•

Hippo regia•

Papuã mons•

Medeos urbs

certos delegit milites cum duce Phara quos ad eius montis obſidionem re‑
liquit•Erat aũt hic Pharas uir negotiis obeundis idoneus: tum uirtute ꝑcel
lens•Huic Beliſarius mandat ad ipſius montis radices per brumã diligenti
cuſtodia conſiſtere ut neq; eum diſcedere quoquomodo ſinit:neq; quicq̃ ne
ceſſarioꝝ ad eũ conuei ſinat:quod & fecit•Beliſarius interim quoſcũq; Van
diloꝝ apud Hipponem regiam ad templa ſupplices confugerãt ſub fidem
ſaluos & incolumes eſſe iuſſos Carthaginem ꝓtinus cũ cuſtodibus miſit:
Interim eidem in Gilimeris domo huiuſcemodi contigit fortuna•Erat ſcri‑
ba quidam Bonifatius Apher genere e Byzacio ueniens ante omnes Gili‑
meri fidiſſimus:hunc Gilimer ab initio belli huius in naui ſimulq; pecuniã
eius omnẽ ferentem conſcendere iuſſit ac ad Hipponis regiæ portũ adpli‑
care ibiq; belli euentũ expectare q; ſi rem male ſuccedere uidiſſet ꝓtinus cũ
uniuerſa gaza in Hiſpaniam adnauigaret• Is igitur quum Beliſarius Hip‑
ponem regiam ueniſſet ad eũ certos mittit quos in templo prius conſiſtere
iuſſit ac ei dicere ſe a Bonifatio regias pecunias habente miſſos nec ante ubi
ſit idem manifeſtare q̃ illum iureiurando polliceri cogant: eam ſi reciperet
datorem eſſe ſaluũ ac cum ꝓpriis omnibus bonis illeſum abire: quibus mã
data facientibus : Beliſarius tam bono nuntio lætari cepit ac ex illius uoto
omnia facile concedere•Deinde certis ad theſaurum recipiendũ miſſis: Bo‑
nifatium cũ bonis liberum dimiſit quæ Gilimeri nõ admodũ pauca ſurri‑
puerat•His geſtis quum Carthaginem reuertiſſet Vandilos omnis ꝑparari
iuſſit ut eos ueris initio Byzantiũ mitteret • Deinde exercitum ordinare ut
reliquum quod Vandili Romæis uſurpauerant recuperaret• Cyrillũ igitur
cum magna multitudine in Sardiniam mittit:Zazonis caput ferentem q;
inſulares minime Romæis obtemperarent Vandilos formidãtes : nec ſane
quæ contigerant apud Tricamarũ facile credentes: mandatq; eidem ut ex
ercitus partem in Corſicã mittat nõ ꝓcul a Sardinia ſitam quæ Vandiloꝝ
ſequebatur auctoritatẽ• Pharas itaq; in Sardiniam ueniens Zazonis ilico
Cæſarea caput oſtendit • In Cęſareã uero quæ in Mauritania eſt Ioannẽ cũ peditũ
parte mittit: quæ urbs iter dierũ•xxx•ꝓcul a Carthagine expedito eſt: Ga‑
deram uerſus & ſolis occaſum eunti ſita quoq; in magno mari iam pridem
hominibus frequens • Ioannem item aliũ ex haſtatis equitibus ad fretum
Septẽſis urbs Gaderæ ac alteram Herculis colunnam miſit:qui arcem quam Septum uo
Ebuſa cant cuſtodiret•Ad inſulas uero quæ ꝓpe oceani ingreſſum ſitæ ſunt•Ebu‑
Maiorica ſam Maioricam & Minoricam ab accolis uocitatas Apolliciariũ miſit qui
Minorica dudũ adoleſcens ex Italia in Aphricã adnauigauit in dignatione Ilderichi

fuit & ab eo donis plurimis ornatus qui poſtq̃ eum a fratre captũ rebus ex/
cidiſſe uti ſupra narraui animaduertit ad Iuſtinianũ Cõſtãtinopolim una
cũ cæteris Aphris qui Gizerichi res tractauerant ſupplex uenit. Miſſus de
inde unacũ claſſe inter alios contra Gilimerem & Vandilos uir fuit in hoc
bello omniũ fortiſſimus præſertim in pugna Triomarenſi: cuius rei gratia
Beliſarius Inſulas has ei cõmiſit. Poſt hæc Tripolim exercitũ mittens ubi
Pudentius & Tatimuth Mauruſii p̃mebantur uim Romæoꝝ minime ſu/
ſtinuit. In Siciliã etiam quoſdã ire iuſſit ut Lilybei p̃ſidium ad Vandiloꝝ
pertinens Imperium inde eicerent Gothis minime uolẽtibus Siciliæ ptem
aliquam concedere: ꝙ hæc arx ſub Vandiloꝝ ditione nõ exiſteret adfirma
rent. Beliſarius ubi hoc audiuit ad Præfectos q illic erant hæc ſcribit. Lily/ Beliſarii ep̃la
bei arcem quæ a Vandilis tenebat̃ nobis Iuſtiniani ſeruis adimendo neq; ad Gothos.
facitis æquum: neq; uobis cõſulitis ac regi demũ ueſtro nolenti ac longe ab
hæc diſſentienti noſtro Imperatori reddere cupitis inimicũ: cuius ille beni
uolentiã nullo labore acquiſiuit. Hic igitur ex lege humana nequaquam
agere uidemini: ſi enim Gilimerem nup hanc arcem tenuiſſe fatemini: Iu/
ſtinianum uero Gilimeris dominũ fatum uos o ſerui boni uiri illũ nõ nos
bonoꝝ poſſeſſione priuare cognoſcite. Deinde cogitate quemadmodũ ami/
citia multas eſt apta obtegere querelas: inimicitia uero ne minima ſuſtinet
errata ſed omnia ſuperiora pſcrutatur nec p̃terit hoſtes qui auctores ex alie
no ſunt facti decertatq; pro quibus maiores leſi fuere & quanq̃ in ip̃o peri/
culo ſuccumbit: proſpera tñ quãdoq; ſua recuperat/ docetq; uictos ueniam
petere p̃teritoꝝ. Vos ergo ne ulterius nos ledite neu noſtrum Imperatorem
Gothoꝝ inimicũ reddite quem uobis nũc eſſe ꝓpitium exiſtimatis: certo
ſcienteſq; ſi uobis arcem uindicabitis bellũ in promptu erit nõ pro Lilybeo
tñ ſed pro omnibus quæ iniuſte poſſidetis. Hanc itaq; Gothi epiſtolam ac
ceptam Atalarici matri legendam mittunt/ ac ex eius deinde mandato ſic re
ſponderũt. Litteras quas nup optime Beliſarie ſcripſiſti monitionẽ quidẽ Reſpõſio Go/
ueram ad alios fortaſſe quoſdam homines nõ autẽ ad nos Gothos p̃ſeferre thorum.
uidentur. Nos enim nihil ex Imperatore Iuſtiniano poſſidemus neq; ita in
ſani ſumus. Siciliam nãq; omnem noſtram exiſtentem belli iure acquiſiui
mus: cuius promontoriũ unũ Lilybei eſt arx. Si autem Theuderichi per/
miſſu ſoror eius Vandiloꝝ regi locata hanc cuidam in Siciliæ mercatu tri/
buit utendam nihil ad rem: neq; hoc quodcũq; huiuſcemodi uobis conque
rendi occaſiouem p̃bere debet. Tu igitur dux ex æquo nobiſcũ age ſi nõ ut
hoſtis ſed amicus eſſe cupis his qui nobis fœderis ſolutionem diſſuadent.

Refert enim quum amici quidem in pace aut inimici in pugna decernere ſunt apti• Nos Iuſtiniano Imperatori de his cognoſcendis curam permiſimus ur quæ ſunt legittima/& iuſta iudicet• Cupimus ut tua conſilia ſalutaria atq; optima ſint: ac Imperatoris tui celeriter expectare ſententiã• Hæc itaq; Gothoꝝ littere manifeſtabant• Beliſarius autem de cunctis Imperatorem certiorẽ faciens: quieuit donec ab eo quid eſſet acturus reſponſum acciperet• Pharas interea opſidione atq; inſtantia præſertim hyemis tempore omnino feſſus ſimulq; ꝙ Mauruſios longe ab eis permanſuros uideret: ſuos ad ſequendũ hortatus: Montem audacia magna conſcendere tentauit: clamantes autẽ Mauruſii uelut in loco ꝑcipiti ac ualde in adceſſo audentibus reſiſtunt: Acris fit defenſio• Phara uero admittendo atq; omnibus uiribus ſuperare contendendo Decem ſupra centum e ſuis in certamine amiſit• Ipſe uero cum reliquis etiam repulſus in priſtinum locum ſe recepit• nec iterum deinde experiri eſt auſus: cuſtodiam nihilominus diligentiſſimã adibens ut opſeſſi tandem fame ſeipſos dederent expectare iuſſis• Hic igitur Gilimeri & his qui cum eo erãt fratris filiis cæteriſq; propinquis caſus contigit

Vandili natura delicati•

qualem nemo atq; ut res euenit ſatis explicare poterit• Vandili namq; omnium ſunt quos ſciam molliſſimi atq; delicatiſſimi: Omniũ uero miſerrimi Mauruſii• Illi ex eo quo Aphricam tenuerunt menſa cottidie copioſa: tum

Veſtiſ medica

omniũ rerũ quas ea fert regio continuo referta• Geſtabant ꝑterea ueſtem medicam ac ſumptuoſam quã Sericam uocant• In Theatris quoq; & hippodromis ac omnibus aliis oblectamentis præſertim in uenationibus continuo uerſabantur• Saltatores & Mimos ſpectabant Auditum & acromatis & muſicis & omnibus quecũq; grato animo male inſtituto deliniebãt• Eoꝝ item plurimi in paradyſis agitantes aquis & arboribus amenis ac Sympoſia plura cõuiuiaq; facientes: ueneria deniq; magnopere frequentantes• At

Mauruſiorũ mores•

Mauruſi contra duris adſueti in paruis tuguriis ubi uix reſpirare licet degunt hyemiſq; ac æſtatis tẽporibus neq; niuibus neq; ſolibus neq; alio quocũq; malo neceſſario carentes• Dormiunt nuda humo: ſiqui beatiores inter eos aliquid ſubſternũt: Veſtes inſup ſecundũ tempora uariare ex lege proibentur: ſed laceram ueſtem atq; craſſam Tunicamq; aſperã in omne tempus induunt• Pane: uinoq; & aliis bonis omnibus uſui neceſſariis carent: ſed triticum ſiue ſiligmen ſiue ordeum minime aut coquentes aut in farinã terentes: more belluaꝝ paſſim depaſcuntur• Cum his igitur hominibus ac taliter uiuentibus hi qui Gilimerem ſecuti erant quum diu cohabitaſſent ac ſolitum & delicatum uiuendi modũ in miſerũ hunc uictũ cõmutantes:

Poſtq̄ ab ipſis ſunt deſtituti neceſſariis non amplius reſiſtire ſed mori dulciſſimum ac in ſeruitutem redigi minime turpe putauerunt • Quæ quum Pharas audiiſſet • Hæc ad Gilimerem ſcribit • Sum & ipſe Barbarus neq; litterarum neq; ſermonis peritus • Tantū ſcribo quæ me hominem exiſtentem ex rerū natura ſponte dicere neceſſe fuit • Quid quæſo o care Gilimer non te ſolum ſed omne tuum genus in iſtud baratrum conieciſti ne uidelicet ſeruus fias • Omnino te pueriliter facere puto & libertatem hanc iactare ut omnia extrema quodammodo cum ea commutanda ſint: te tamen infelicibus Mauruſiis ſeruire non uides? qui per eos ſeruari poſſe: ſeu meliora conſequi ſperas? nō ne omnino præſtat inter Romæos te ſeruum ac pauperem eſſe q̄ in Pappua iſtis Mauruſiis dominari? an tam magnum probrum tibi uidetur Romæorum Imperatori una cum Beliſario tanto uiro ſeruire? An nos quoq; ex optimo genere exiſtentes eadem ſubire gloriamur? quanq̄ dicunt Iuſtinianum te ſponte inter Senatores recepturum: honoreq; ſummo quem Patritium uocant honeſtaturum: inſuper regione te ampla atq; optima & pecunia multa donaturum • Beliſarium uero ſe recepturum fidemq; obligaturum hæc omnia tibi futura • Tu uero quæcūq; infauſta fortuna tulit generoſe feres omnia reputando quæ homini poſſint neceſſaria contingere • Si autem illa mala hæc aliquo modo compenſare tibi parata eſt: id ſuſcipere omnino dedignaberis? an non ſimiliter a fortuna mala nobis atq; bona computanda? Sed hæc ab his qui ſine ſenſu uehementer ſunt minime deguſtantur • Nam te nunc tot aduerſis perculſum a mente alienatum eſſe credibile eſt • Vehemens enim dolor in conſilium peruerſum hominem trahere aptum eſt • At ſi tibi ea uis eſt ut æquo animo feras fortunam rationemq; facile in promptu habeas neq; querelis tuorum caſuum incumbas: libera tibi facultas proponitur: utiliora eligendi ac ab inſtantibus malis liberandi •

Epl̄a Pharæ ad Gilimerē •

Has Gilimer litteras legens fleñſq; grauiter ſic reſcripſit • Quod mihi das conſilium multas habeo tibi gratias: Seruire tamen inimico qui magnopere me leſit: nequaq̄ exiſtimo tolerandum a quo penas potius optauerim ſumere ſi Deus propitius fuiſſet: qui nunq̄ neq; ingratum aliquid a me nec mali quicq̄ paſſus belli aduerſus me occaſionem omni culpa uacantē ſumpſit: neq; ad hoc fortunæ compulit • Beliſarium non uideo cur etiam feram: quanq̄ & ipſi pariterq; & Imperatori quum ſint homines non abſurdū aliquid accidere poſſe quod fortaſſe nolint • Ego uero tibi plura ſcribere non habeo: pn̄s enim fortuna omnē mihi eripuit cogitationem • Sed uale

Reſponſio Gilimeris •

mi care Phara: ac mitte queſo mihi Cytharã & panem unũ ac ſpongiam
ꝙ his mihi opus. Hæc itaqꝫ quum Pharas accepiſſet aliquãdiu heſit extre-
mã epiſtolæ partem conicere nõ uolens donec nuntius qui eã attulerat ait
ꝙ unũ quidem panem Gilimer optaret cupiens eũ & uidere ſimul & edere
ꝙ ex eo tempore quo Pappuam aſcendit nullum coctũ uiderit panẽ. Spon
giam ei neceſſariã eſſe ꝙ alterũ oculum lacrymaꝝ copia offenſum maxime
doleat. Citharam petit ut muſicus quum ſit bonus pſentem calamitatẽ fle-
bilibus numeris demulceat. Hæc ubi Pharas intellexit humanã miſeratus
conditionẽ pariter & animo condolens ei morem geſſit/ omniaqꝫ miſit que-
cũqꝫ poſtulauit: obſidionem tamen nequaq̃ intermittendo maiorẽ q̃ prius
adibuit cuſtodiam. Trium iam menſium ſpatio in hac mora conſumpta
ac hyeme iam finita Gilimer timere cepit ex inimicis expugnationẽ haud
longe ad futuram: menteqꝫ ac corpore pariter adfligebatur: uiſcerũ dolori-
bus adſidue tortus qbus uix: præterq̃ opinionẽ reſiſtebat: donec rem huiuſ-
cemodi uidit. Mulier quedã Mauruſia frumentũ cõtuſum torrendũ ſupra
Cratem poſuit ſic eni mos Mauruſiis panes coquere. Iuxta duo pueri ſeden
tes ac fame ualde preſſi: alter quidẽ ipſius feminæ filius: alter Gilimeris fra
tris filius finem expectabant ut ederent. Hoꝝ Vandilus maſſam nondum
coctam præueniendo apſtulit: ac feruentem aduc cinereqꝫ refertam fame
coactus in ora coniciens gaudebat: alter uero crine capitis eum apprendẽs
cecidit & maſſam ui raptam ac iam ſemideuoratam coegit e faucibus red-
dere: quod ubi Gilimer animaduertit ſignũ eſſe id cõiuratæ in eũ fortunæ:
nec a ſuperioribus euentibus diſcrepantis cognouit. Quapropter animo pe
nitus deiectus rebus omnino deſperatis: hæc celeriter ad Pharam ſcribit.

Ep̃la rurſus Gilimeris ad Pharam.

Si aũt unq̃ cõtigit grauia omnia patienti priorẽ mutare ſententiã ac antea
decreta contraire me illum eſſe puta optime Phara. Tuũ enim conſiliũ om
nino non ſpernere decreui. Nec ulterius fortunæ reſiſtere/aut contra meum
fatum pugnare: ſed ꝓtinus quo me illa uocat abſqꝫ mora conſequi: deniqꝫ
Beliſarium expectare ut eius fide accepta de me ac meis ſeruandis: ac de Iu
ſtiniano polliceatur quæcũqꝫ nuper mihi ſcripſiſti: ut ilico me meoſqꝫ om-
nis conſanguineos ac Vandilos qui mecũ ſunt in ueſtris dedam manibus.
Hæc ille in epiſtola. Pharas eueſtigio hanc ſimul cũ prioribus quæ ultro ci
troqꝫ ſcriptæ fuerant Beliſario mittit: rogatqꝫ uti q̃ cito reſpõdeat. Ille uero
ut qui magnopare cuperet Gilimerem uiuũ ad Imperatorem adducere ubi
has epiſtolas legit ualde gauiſus. Cyprianũ fœderatoꝝ ducem cũ aliis qui-
buſdam confeſtim Pappuam ire ac de eo ſeruando: apud etiam Iuſtinianũ

ea quæ Pharas ſcripſerat conſequendo iuramentũ præſtare iuſſit• Igitur hi
quum ad Pharam perueniſſent ſimul ad locum quendam iuxta montis ra
dices conueniunt• Huc itaq; Gilimer cũ eis congreſſus : poſtq̃ ex ſententia
omnia tulit Carthaginem ſimul cũ eis uenit • Erat tunc forte Beliſarius in
ciuitatis ſuburbano quod Aclas uocant moram faciẽs • Hic ubi Gilimer in
eius cõſpectu fuit ridere palam cepit minime ut eſt uiſus diſſimulanter: qđ
quum mirũ uiderẽt ad ſtantiũ nõnulli ob ingentem animi meſtitiã eum
penitus mente excidiſſe ſuſpicabantur: quidam ſagacem potius hominem
putabant & ut natũ ex regia domo magnã potentiam & opes maximas a
puero uſq; in ſenectã poſſidentẽ• Deinde repente in fugã ac trepidationẽ cõ
uerſum: inſup tot mala apud Pappuam ſuſtinentẽ: poſtremo captũ in ho-
ſtiũ ſe manibus conſpicientẽ : bona malaq; hoc modo fortunæ exptum tũc
cõſideraſſe: nihilq; ꝑpterea res humanas pendẽdas: ac riſu plurimo dignas
exiſtimaſſe• Sed de huiuſcemodi Gilimeris riſu quiſq; ſuopte modo diiudi-
cet• Beliſarius igitẽ ad Iuſtinianũ ſcribit belli ſucceſſum: Gilimerẽ eſſe captũ
Carthagine: cupe ſe cũ illo Byzantiũ redire Interea ipm ſimul cũ reliqs Vã-
dilis ex dignitate cuſtodiit claſſemq; paratã habuit• Hic tãdẽ philoſophari
licet/ac res hũanas penſare/nec qcq̃ omnino deſpandũ quin in omni ſeculo Nota
ſemp meliora ſperare liceat donec ipæ hominũ fortunę fuerint & que dictu
difficilia ac fieri poſſe minime uidentẽ factu audẽtib9 ſæpe ad effectũ dedu
cũtẽ: ita ut admiratiõe multa ſint digna/quẽadmodũ hic cõtigit• Nã ſi talia
unq̃ euenerint nõ habeo dicere• Quartũ eni a Gizericho ſucceſſorẽ uenien-
tem eiuſq; regnũ opibus multis ac militũ robore florentẽ a quinq; millib9
hominũ aduenarum portu ſtationeq; carentiũ: tam breui tempore diſſolui
atq; ruere (Tantus enim equitum numerus qui Beliſarium eſt ſecutus : ac
toto hoc tempore bellum ſuſtinuẽre) ſiue fortunæ ſiue uirtuti ſit adſcribẽ-
dum iure: quis ita eueniſſe admirabitur • Ego uero unde ſum digreſſus re
uertar • Vandilicum itaq; bellum hunc finem habuit • At inuidia quæ in
magna felicitate ſolet euenire Beliſarium petiit quanq̃ omni uacantem cul
pa• Quidam enim eius belli Ductores ipſum apud Iuſtinianum inſimula
uerunt ꝙ tyrannidem ſibi uſurpaſſet • Imperator uero rem non admodum
curare uiſus eſt ſiue ꝙ calumniam delatoreſq; ſpreuerit ſeu ꝙ ei ſic agere po
tius eſt uiſum Salomonem miſit uti Beliſario det alterius optionem aut
cum Gilimere & Vandilis Byzantium uenire : aut ibidem remanere : illos
uero mittere: Beliſarius uero quem minime inuidorum criminationem la-
tebat : Byzantium proficiſci maturauit ; ut & ſe omni ſuſpitione ſolueret :

& illoꝝ poſſet calumniam contemnere • Quomodo autem accuſatoꝝ iter didicerit ego narrabo • Qui rem hanc in animo habebant metuentes per unum tantũ nuntiũ Imperatorem facere certiorem ne forte in mari pericli taretur remq; ꝑpterea differret: Duas epiſtolas per totidẽ nuntios miſerũt quoꝝ alter ſtatim adnauigauit: alter ob ſuſpitionem quandam cum litteris interceptus: reſq; pateſacta & ad Beliſarium delata eſt: ex quo ille ad Iuſtinianũ uti ſupra memoraui ſe purgatum ire contendebat• Et res in hoc quidem ſtatu apud Carthaginem erant• Mauruſii interea quot apud Byzaciũ & in Numidia habitabant ad defectionẽ ex nulla penitus cauſa tendebãt: ac ſtatim fœdere ſoluto arma cõtra Romæos parare decreuere: & hoc qdẽ ex more patrio faciebant • Illis enim neq; dei metus eſt ullus neq; hominũ reuerentia: neq; item iuriſiurandi aut opſidum ulla cura etiam ſi filios aut fratres ipoꝝ ducentium exercitum eos eſſe contingeret • Deniq; cum nullo pacem habent niſi cum his quoꝝ metu coerceantur • Quomodo autem fœdera cum Beliſario iniuerint: quomodoue ſoluerint ego narrabo• Quando enim claſſis in Aphricam abinitio mittenda parabatur: formidantes Mauruſii nequid inde incõmodi acciperent: Septem uaticiniis feminarũ ſunt uſi: nam in hac gente uiros uaticinari nefas• Hæ itaq; in quodam eoꝝ ſacrifitio retentæ antiquis nõ inferiora reſponſis ediderũt• Interrogatæ nãq; a uiris predixerunt exercitũ uenturum excidio Vandilis pariter & Mauruſiis quando Romæus dux imberbis uenerit• Quod ubi illi audiuiſſent ſimulq; Imperatoris expeditionem per mare uenientem uidiſſent in maximo metu uerſati ſocietatem cũ Vandilis nequaquã inire uoluerũt: ſed ad Beliſarium mittentes pacẽ uti ſupra narraui firmauere: ac in futuꝝ uſq; ad belli euentũ quieuerunt• Poſtq̃ uero res Vandiloꝝ ad finẽ peruenere ad Romæoꝝ mittunt exercitũ ueſtigatũ ſiquis inter eius Duces ſit imberbis ut ex uaticinio ſupra memorato accepant• ubi uero barbatos oĩs cognouere uaticiniũ id nõ de ipĩs loqui putantes ſtatim de defectione & linquẽdo fœdere cogitarunt• Verũ Beliſarii timore deſtitere: nõ enĩ ipõ duce uires Romæoꝝ ſe ſupare ſperabãt• Vt aũt eius irruptionẽ cũ ſcutigeris & haſtatis eqtibus audiuerũt ac iã contra ipõs pariter & Vandilos naues ꝑparari: arma ſtatim corripientes Aphris turpẽ fugæ ſpetiem oſtenderũt metũq; pariter incuſſere• Pauci aũt milites in extrema regione & imparati exiſtentes fugientibus minime reſiſtere habuerunt • Non enim confortoꝝ excurſiones & ex manifeſto prodeuntes proibuere ſed homines ſparſim nullo ordine • Feminæ autem cum pueris capiuntur: pecunia opeſq; ex uniuerſa regione abducuntur: deniq;

Apud Mauruſios feminę tm̃ uaticinãť•

fuga locus omnis refertus • Hæc Beliſario iã ad reditũ ſoluenti relata quũ
eſſent nec redire opus ei iã eſſet: Salomoni res Aphricæ regendas dimiſit
Scutigeros ac haſtatoꝝ equitũ bonã partẽ relinquẽs q eũ ſequẽtes cõfeſtim
Maurufios q rebellauerãt uehementiſſime pſequẽtes uiolati fœderis penas
experierũt• Iuſtinian9 uero aliũ Salomoni exercitũ miſit cũ Theodoro Cap
ppadoce & Ildegere Antoninę Beliſarii uxoris Genero: q ubi nuſq̃ in Aphri
ca tributa dari Romæis cõſueta & ab eis in codicibus cõſcripta inuenerũt
ꝙ Gizerichus olim potitus cũcta deleuerat codiceſq; ſuſtulerat • Triphonẽ
ac Cõſtantiũ ad Imꝑatorẽ miſerũt ut tributa rurſus ip̃is cõſtituat parua tñ
a quolibet exigenda ꝙ priora modũ excedere: neq; tollerabilia Aphris uiſa
fuere• Beliſarius interea una cum Gilimere ac Vandilis Byzantiũ ꝓfectus
oĩs adſecutus eſt honores q ſuperioꝝ tẽpoꝝ ducib9 maximas adeptis uicto
rias ſtatui cõſueuerũt quoſue nemo ab hinc annis ſecẽtis habuiſſe uiſus eſt
p̃terq̃ Titus & Traianus ac alii quicũq; Imperatores in bellũ euntes: Bar-
baras gentes ſupauerunt• Spolia nãq; atq; Tropæa patefaciens captiuoſq;
p̃ferens p mediam urbẽ triumphũ egit nõ qdem antiquoꝝ modo ſed ex pro
pria domo pedibus uſq; ad Hippodromũ ꝓceſſit: inde rurſus ad locũ uſq;
ubi ſedes erat Imꝑatoris • Erãt eni ſpolia quecũq; ad regis capti miniſteriũ
eſſe cõſueuerũt• Aurei throni uehiculaq; qbus regis uxor uehi mos erat• Or
natu deinde uario plurimiſue lapidibus p̃ciofis cõſtructa • Aurea quoq; po
cula & alia omnia quæ regiæ menſæ adibentur Argentũ p̃terea multoꝝ ta
lentoꝝ Myriadũ omnis deniq; regia ſupellex admodũ p̃tioſa atq; admirãda
utpote a Gizericho quondã Romæ e palatio direpta uti ſupra cõmemora-
ui• In qua & Iudeoꝝ res multæ nobiles extitere q̃ olim a Tito Veſpaſiano
quũ Hieruſolymas cepit Romã cũ qbuſdã aliis exportate fuerũt: quas quũ
Iudęus qdã adſpiceret ait ad quẽdã ſibi ꝓximũ ex notis• Imꝑatori has opes
Byzantiũ inferri palatiũ minime oportere ꝙ alibi nuſq̃ q̃ in loco ubi Salo-
mon Iudæoꝝ rex ab initio eas conſtituit conſiſtere nequeant: propterea Gi
zerichus Romanoꝝ Imperium diripuit: nunc rurſus ex eadem cauſa Ro-
mæus exercitus Vandiloꝝ• Hæc ad ſe delata Imperator intelligẽs ualde ti-
muit/ac ilico omnia illa Hieruſolymam ad Chriſtianoꝝ templa remittẽda
mandauit• Erat autẽ inter triumphi captiuos Gilimer ip̃e purpureã quãdã
ueſtem humeros amictus una cũ omnibus conſanguineis ac Vandili quot
ꝓceritate corpoꝝ ac pulchritudine p̃ſtarent• Poſtq̃ uero Gilimer in Hippo
dromo cõſtitit ac Imꝑatorẽ in alta ſede cõſtitutũ: populũq; circa adſtãtem
conſpexit: ac demũ ſeip̃m in quod fatũ ꝑuenerit conſideraſſet: neq; fleuit

De Gaza hie-
roſolymitani
templi•

neq; aliter conqueſtus eſt: tantū illud Hebreoꝝ uoluminū memorauit Vanitas Vanitatum & omnia uanitas: nec mora ipſe pariter & Beliſarius iuſſi ab his qui Imperatoriam purpuram ſuſtinebant Iuſtinianum ſupplices ad adorauerunt: at ille ſimul & Theodora coniunx Ilderichi filios ac nepotes omnis ut ex Valentiniani Imperatoris ſanguine uenientes neceſſitudine quadam ſibi deuinctos opibus ſatis amplis munerauerūt• Gilimeri autem loca quedam in Gallia non admodum contemnenda ad habitandū ſimul cum ſuis omnibus propinquis dedit• Inter patritios autem eū referre non licuit ꝗ a ſecta nollet Arriana diſcedere • Paulopoſt Beliſario decretus triumphus antiquoꝝ more• Nam conſul factus eſt curuli ſella humeris captiuorum inuectus argentea : zonas aureas: aliaſq; e ſpoliis Vandiloꝝ diuitias populo diſperſit : quanq̄ rem nouam facere uiſus • Et hæc quidem apud Byzantium ſic geſta • In Aphrica uero Salomon exercitum ſuſcipiens ubi Mauruſios erectos ad defectionem uti ſupra narraui : turbataſq; res ualde animipendens quidnam facturus inpræſens dubitauit • Nā multos quoq; apud Byzantium & in Numidia præſidio relictos a Barbaris ſublatos tum omnia in his locis direptum ac perditum iri nuntiabatur•Præter omnia uero & ipſi & Carthagini maxime terrorē incuſſere : quæ Aigam Maſſagetæ & Rufino Thraci apud Byzaciū acciderunt • Ambo enim ualde prudentes & in Beliſarii domo & in exercitu Romæoꝝ in magna dignatiōe fuere• Alter enim ipſoꝝ Aigan inter equites haſtatos• Alter uero omnium animo

Bandophorꝰ• ſiſſimus inter ordines Ducis ferre ſignum conſueuit: quem Bandophorum Romæi uocant• Igitur hi quum equitibus apud Byzacium præceſſent ubi Mauruſios prædam agentes: ac omnia populantes: tum Aphros captiuos ubiq; ducentes uiderent ſeſe cum ſequentibus eos in loci cuiuſdam anguſtia conſtituentes Mauruſios omnis ad prædam huiuſcemodi diſperſos: partim interficiūt : partim capiunt • Vt autem res ad Cuzinam & Dilaſan & Surphuthen & Mediſiniſſam ductores Barbarorum delata eſt non longe ab hoc loco diſtantes ; circa diei ſerum cum toto exercitu illos petunt• Romæi quum pauci numero & in loco anguſto eſſent & in medio multoꝝ Myriadum ſe clauſos eſſe adſpicientes : non ſe defendere aliquo modo potuere • Si quam enim in partem ſe conuertiſſent protinus a tergo petebantur • Tunc Rufinus & Aigan cum paucis ex illis in Petram uicinam ſe recipere feſtinat unde arcubus aduerſarios prohiberet • Illi repulſi non auſi prope pugnare haſtas tantum iaciunt• Donec Romæis telis deficientibus ad manus cominus uenientes enſibus pugnāt • Multitudine

autem Barbaroꝝ ſuperante Aigan toto corpore ſauciatus cecidit • Rufinus captiuus ducitur• Continuo unus e ducibus Mediciniſſas metuens ne ſurgens iterum atq; aufugiens ei negotium faceſſeret caput ei incidens ad propria feſtinauit : idq; fœminis oſtendit : erat enim ſpectatione dignum ob uaſtam magnitudinem : tum capillornm copiam ingentem • Et quando in hunc incidimus ſermonem hiſtoriæ neceſſo fuerit Mauruſioꝝ originem repetere:& unde in Aphricã ab initio uenerint • Poſtq̃ enim Hebræi ex Aegipto reuerterunt atq; in Paleſtinæ finibus conſtiterunt•Moſes uir ſapiẽs qui eos in itinere ducebat moritur• Cui Ieſus Naue filius ſucceſſit qui & in Paleſtinam populũ introduxit: ac uirtutem ſupra hominis naturam longe oſtendens • Regionem habuit unde gentes euertens multas Ciuitates facile parauit: ac omnibus inexpugnabilis uiſus• Tunc igitur uniuerſa regio marittima e Sinode uſq; in Aegypti fines Phœnicia eſt appellata quibus unus iamdudum imperabat uti omnes teſtantur qui antiquam Phœnicum ſcripſere hiſtoriam • Hic populi numeroſi habitauere Gergoſei Iebuſæi aliaq; habentes noĩa in Hebræis uoluminibus memorata qui quum inexpugnabilẽ conſpicerent Aduenaꝝ exercitũ patrios fines deſerentes in Aegyptũ uicinũ migrauerunt•Ibiq; numero ac ſobole creſcentes quũ nõ ſatis cõmodum tante multitudini locum inueniſſent: in Aphricam ꝑenetrauere ubi Ciuitates q̃plures habitantes omnem eum tractum uſq; ad Herculis colunnas tenuerunt: ſemiphœnicia lingua ac Catalecto utentes•Opidũq; Tingen ſitu munitiſſimũ in Numidia ædificauerunt : ubi duæ ex albo lapidæ colunnæ ꝓpe magnũ fontẽ cõſtitutæ:in ꝗbus Phœnicũ lingua litteræ inciſæ ſunt huiuſcemodi•Nos a facie fugimus Ieſu p̃donis filii Naue•Hi demũ ꝙ nulli ſint eis antiqores Aphricæ indigenæ dicunť eſſe:cuiꝰ rei gratia rex quondã eoꝝ Antæus qui in Paleſtra cũ Hercule cõgreſſus eſt terræ filius eſt appellatus• Tempore uero ꝓcedente qui e Phœnicia cũ Didone uenerũt:hic ob ſuoꝝ cõſanguinitatẽ cõſtiterũt/eiſq; ꝑmittentibus Carthaginẽ cõdidere: quæ potẽtia ac hominũ multitudine adeo creuit ut uicinis bella intulerit:& Mauruſios ipſos qui priores e Paleſtina uenerũt expulerit:ac ꝓcul ab eis habitare iuſſerit•Poſtq̃ uero Romani omniũ ſunt potiti: longe bello ſuperiores Mauruſios quidem in extremis Aphricæ locis conſidere mandauit•Carthaginenſes uero & Aphros alios eis obtemperantes tributarios fecerũt•Poſtea Mauruſii plures de Vandilis uictorias habentes aliquãtulum reſipiſcentes Mauritanũ e Gadera ad Cæſareæ fines pertinentem pluraq; reliquæ Aphricæ loca poſſederunt : poſtremo per Iuſtinianum

De Mauruſiorum origine quos eſſe nũc Zinganos q a ſaracenis poſtea pulſi per omnẽ Europã uagant̃ ſatis ueriſiſe ex moribꝰ etiã ſupra enarratis•

Tingis urbs•

Antæus Mauruſioꝝ rex•

Epl̃a Salomonis ad Mauruſios.

ſublati. Et de Mauruſioꝝ quidē origine hactenus. Salomon interea poſtq̄ de his quæ Aigani & Ruſino acciderant nuntium accepit ſeſe ad bellū adcinxit & ad Mauruſioꝝ duces hæc ſcribit. Nōnullis quidem hominibus temere agere: ſimulq; perire contigit q̄ ex nullo ante oculos exemplo conicere poſſint quem nam finem eoꝝ temeritas ſit habitura. Vos autem qui pauloante ex ueſtris uicinis Vandilis exitū animaduertiſtis quid nā paſſi fuerint manus in maximū Imperatorem cornuaq; auſi eſtis attollere ueſtramq; ſalutem contemnere: minime memores q̄ fœdera iniueritis: liberoſq; ueſtros opſides dederitis. An dei prorſus contemptores eſtis? nec fidei nec conſanguinitatis neq; ſalutis: aut cuiuſuis alterius ullus ſit reſpectus. Deinde ſi deum ſpernetis cuinam hominū aut ſotioꝝ auxilio fideles contra Romanū eritis Imperatorem? ſi filios ueſtros amittitis pro quibus iam ultra bello periclitamini? At ſi uos pugnę ac pauloante geſtoꝝ penitentia ſubit nos certiores per litteras facite ut ea bene uobiſcum agendo tranſigamus. Si autem temeritatis non aduc piget bellum Romæoꝝ expectate ueſtram per uim perfidiam liciturum tum de ueſtris ꝓpriis filiis iniuriam ulturum.

Reſponſio Mauruſioꝝ.

Hæc quum Mauruſii legiſſent ſic reſponderunt. Beliſarius nos magnis pollicitationibus circūueniens induxit nos Imperatoris Iuſtiniani ſponte ſubditos eſſe nihilo bonoꝝ nos impertinendo famo preſſos amicos nos eſſe ac ſotios rogauit. Itaq; ne Mauruſios magis q̄ uos infidos appellari iure oportebit: fœdera ſoluunt non qui iniuriam patientes a ꝓximis deſciſcūt: ſed qui fœderatos habere aliquos poſtulantes deinde uiolant. Deum quoq; ſibi aduerſum conſtituunt non qui ſua ferentes ad alios cedunt: ſed qui aliena inuadentes in belli periculum deducunt. Quod ſi filioꝝ caritas nobis eſt curæ quibus licet unam tm̄ ducere uxorem. Nos quibus ſi ſic cōtingat quinquaginta ſunt uxores filioꝝ nunq̄ deſtituet ſoboles. Hæc Salomon ubi legit: uniuerſum coegit exercitum ac rebus prius apud Carthaginem diſpoſitis in Byzantium mouit apud oppidū Mammæ ubi Quattuor Mauruſioꝝ duces uti paulo ſupra memoraui: caſtrametati ſunt uallum firmauit: Montes hic altiſſimi ſunt & paruū oppidum Males ad montiū radices.

Males opp.

Hic Barbari ſe ad pugnam adcingentes: aciem hoc modo conſtituunt Camelos circa ingirum locauit quod Cobaoneni ſupra narraui feciſſe. In fronte uero Duodecim poſuit/Feminas autem cū pueris intus in medio ſtatuit. Nam Mauruſiis mos eſt feminas cum pueris in expeditionem ducere ut uallum tuguriaq; faciant/præterea equos ſcite ac diligenter curant: Camelis paululum ſubminiſtrant: armaturamq; omnem ferream poliunt: ac

mundant: multis deniq; per eas laboribus leuantur. Pedites autem ad Camelorum pedes conſiſtunt clipeos & enſes habentes ac haſtilia quæ in hoſtes iacere ſolent. Eorum quoq; nõnulli in montibus equos habentes quieſcebant. Salomon autem ubi ſuos cõgregatos uidit ne ob caſum Aiganis & Rufini propterea terrerentũt ſic eſt allocutus. O uiri qui ſub Beliſario militaſtis nullus uos horum hominũ ſubeat timor. Nam neq; Mauruſiorum quinq; milia collecta Quingentos Romæos ſuperare ualuerunt: quod uobis in exempli parte maxime ſuccurrere dubitantibus poteſt: quin ueſtræ potius uirtutis recordemini: ac cogitate quemadmodũ Vandili Mauruſios uicerunt. Vos autẽ Vandilorum nullo labore potiti eſtis: nec eos qui uictores uicere uictos ac inferiores factos timere decet: multoq; omnibus hominibus in bello fragilius: Mauruſiorum genus eſſe noſcitur: nudi enim pleriq; ipſorum ſunt: ſi qui uero clipeos habent graues hi admodũ nec adfabre facti aut tela uenientia repellere apti ſunt: ac duo tñ haſtilia proicientes in hoſtem ſi forte fruſtra fuerint in fugam ſtatim cõuertuntur. Itaq; ſi primũ eorum congredientiũ impetum diligenter cuſtodiendo toleraueritis facilem in manibus uictoriam habebitis. Voſmet inſup quanto armatura & munitione corporis preſtatis conſiderate ad hæc animorum uirtutem: corporum uires ac bellorum diſciplinam: deniq; uictoriæ nuper de hoſte conſecutæ audaciam in uobis eſſe conſpicitis. At Mauruſii his omnibus priuati tantũ ſuæ fidẽtes multitudini ſunt: bello igitur non aptos quãuis multos facile fuerit paucis ad omnia paratis ſuperare. Bone enim miles ꝓprie tñ uirtuti cõfidit. Ignauus uero alterius. Militum multitudo in periculoſi anguſtia loci pugnantiũ plerumq; ſuperatur. Hos inq̃ quaſi Camelos cõtemnere uos oportet qui neq; reſiſtere inimicis poſſunt & uulnerati atq; repulſi maiorẽ ſuis turbationis inferunt motum. Audacia uero quam pro re pauloante bene geſta ſumunt nobis magnopere opitulatur: ea ſi quidem uiribus adæquata utentes facile proficere poterunt. At uiribus ac potentia maior in manifeſtum periculum deducit. Quæ omnia cogitantes animis ueſtris & inimicos deſpicientes ſilentium ſimul & ordinem præſtate. His a Salomone dictis Mauruſiorum duces poſtq̃ inſtructam Romæorum aciem ſuos orrere conſpexerunt: rurſus in pugnam accendere uolentes talibus adortati ſunt. Quod humanis Romæi ſint corporibus: & ferro ſi contingat obnoxiis ac penetrabilibus O cõmilitones nuper didicimus quum ipſorum fortiores partim noſtris obrutos haſtis interfecimus partim captiuos duximus. Contra tales igitur exiſtentes nunc longe numero plures eſſe gloriamur: ꝑterea certamen pro rebus maximis uidetis

Orõ Salomonis ad milites

Orõ Mauruſiorum ad ſuos.

r bon?:

excitari:an uobis Aphricæ totius dominis eſſe liceat:uel Romæoꝝ adrogantiæ ſeruire·Quapropter quum de ſumma rerum in pñs periclitemur minime nos ignauos eſſe oportet· Armaturas eoꝝ imprimis contemnere habetis·Nam ſi pedites contrauenianr ob armoꝝ grauitatẽ impediti a nobis leuioribus ut ſatis ueriſimile ſuperabunt· Equos item illoꝝ aſpectus ſimulq; uoces Cameloꝝ perterrefacient: in tumultũq; uertent: deniq; militum ordinem turbabunt·Si quis autem ob uictoriam quam pauloante de Vandilis habuerũt:putat eos inexpugnabiles fore:maxime uidet errare·Belli enim momenta aut ducis uirtute aut fortunæ felicitate conſtanr· Beliſariũ enim qui hoſtes ſuperandi cauſa fuit nũc deus ꝓcul a nobis cõſtituit: quanq̃ nos Vandilos ip̃os ſæpe uincendo debiliores eoꝝ uires: ac Romæoꝝ uictoriæ faciliores reddidimus · Hoꝝ tandem hoſtiũ in hoc extremo labore ſpes eſt cõmilitones ſi uiri eſtis magnopere potiti · His dictis Duces pugnæ ſignũ dederunt: ac primo Romæi congreſſu turbati ſunt: Equi enim Camelorũ adſpectu ac uocibus perterriti effreneſq; facti equites excuſſere ex quo nullo ordine in fugam uertunt· Hos Mauruſii haſtilibus ut quæq; ad manus habebant inſecuntur tumultũq; omnem exercitum: metu quoq; ac turbatione complent ut neq; ſe noſtri defendere poſſent: neq; in acie ullo modo conſiſtere·Poſtremo Salomon uidens in quo res loco erat q̃ primũ ex equo deſilit idemq; alios facere iubet:ac cum ſcutis in ordine conſiſtere: hoſtium tantũ miſſilia proibentibus·Ipſe milites non minus quingentos ſecũ duces in partẽ ualli mittit: mandatq; ut enſibus utentes Camelos qui in ea parte erant interficerent·Quo facto Mauruſii quot ibi aderant fugere ceperunt: illi uero Camelos fere ducentos perimunt:quibus cadentibus ſtatim ad munitiones aditus Romæis aperitur qui e ueſtigio in mediũ ubi Mauruſiorũ feminæ erant irruunt: Barbari uero attoniti in montem uicinũ ſe recipiũt: fugientes Romæi perſecuntur: in quo prælio hoſtes fere mille periiſſe dicuntur: feminas autem cũ pueris omnes captiuos duxere: Camelos etiam partim interfecere partim ceperunt· His feliciter geſtis cũ omni præda Carthaginẽ remeantes diem uictoriæ ſolemnẽ agunt · At Barbari animo freti exercitu ruſus reintegrato nullũ e ſuis relinquũt quin in bellum ducerẽt: ac loca primũ circa Byzaciũ populari ac uaſtare ceperunt: nulli neq; ætati neq; ſexui parcentes· Salomon ubi audiuit nouam hoſtiũ audaciam ac omnia percurrere confeſtim cum uniuerſo exercitu contra eos proficiſcitur: ac

Burgaon mõs

apud Burgaonem cõſiſtens ubi hoſtes caſtrametabantur diebus quinq; expectauit ut ſi hoſtes ad plana deſcendiſſent prœlium cõmitteret·At illi iam

mollitudine animi formidineq; correpti nullo modo deſcendere: aut cum
Romæis in pugna congredi decreuere. Eſt enim mons Burgaon plurimū
abruptus ac ex orientis parte ualde in adceſſus: ex parte autem occidentis
additu facilior ac reſupinus Duos habet altiſſimos ſcopulos in quorū me-
dio ſilua adfabre facta anguſta quidem ſed profunda conſpicitur. Barbari
igiť montis cacumen hominibus uacuū ꝙ nihil inde hoſtile metuerēt ſimi
liter & eius radicem ubi ad eū ingreſſus erat relinquendo: media tm̄ cum
exercitu tenuerunt: ut ſi Romæi in eos aſcendendo irruerent. Ipſi ſuperio
res facile deicere conantes poſſunt: equos præterea ſecum habebant aut ad
fugam paratos ſi quid adcideret aut ad perſequendos hoſtes ſi uincerent.
Salomon itaq; quū uideret eos neq; deſcendere neq; pugnare uelle: ſimulq;
exercitum ſuū in loco deſerto diutius in opſidione perſeuerare poſſe: in ip̄o
monte ad manus uenire decreuit: cernēſq; milites multitudine hoſtiū mul
to maiore q̄ in priore pugna perterritos his eos uerbis ad ſe uocatos adorta
tur. Timoro Cōmilitones quem ex uobis præſeferunt hoſtes nequāq̄ alte
rius indiget accuſatione: ſeipſos tantum indicantes: Tot enim millia cōtra
uos coactu in plana minime deſcendere ad pugnam audentia neq; ſe ſuis
met uiribus credentia ſicuti uidetis faciūt ut uos ulterius adhortari ſuper-
uacuū exiſtimem: nam quibus ꝓpriæ res geſtæ aut inimicoꝝ debilitas fidu
ciam præbent nihil puto uerbis ad perſuaſionem indigere. Tantum uos
meminiſſe oportet ut ſi in hanc pugnam ea quam uos decet animi magni-
tudine adcingitis & Vandilos uictos & Mauruſios in eadem fortuna cōſti
tuetis. His dictis Theodoro mandat ut circa diei ſerū cum excubitoribus
ducentis ſic enim Romani cuſtodias uocant ſimulq; peditibus nōnullis
Montem ex orientis parte qua maxime confragroſus fuerit clam aſcendat:
ibiq; noctis reliquum quieſcant. Deinde oriente ſole hoſtes ſupra apparen
tes ſignaq; præferentes iaculis petant. Is itaq; imꝑata fecit: ac nocte in tem
peſta per loca prærupta cum illis conſcendit clam non ſolum hoſtibus ſed
reliquo exercitu (nam exploratoꝝ ſpecie tantum miſſi fuerant) Salomon
ex alia parte ualde diluculo in extrema montis parte cum toto exercitu ap
paruit. Maneq; iam claro hoſtes uerticem non ut antea nudum ſimulq; ſi-
gna Romana conſpicientes attoniti aliquātulum conſtiterunt: pugna de-
inde exorta ab alio ſe exercitu retro peti animaduerterūt. Ex quo in medio
conſtituti: in fugam ſtatim omnes ſe cōuerterunt neq; in montis cacumen
ab inimicis captum neq; rurſus ad plana deſcendere ꝙ montis radices ab
hoſtibus item tenerentur recurrere habentes: in ſiluam profundā ac alterū

Verba Salo-
monis ad mi-
lites.

ſcopulum equites pediteſq; curſu ſimul contenderunt præq; timore: ac tumultu in ſiluæ prærupta primi cadentes nullũ ſentiendi malum poſt ſe cadentibus cauſa fuere ꝙ nemoroſa uallis equis hominibuſq; iam referta tranſitum e Burgaone ad alterũ montem tutum parauit. Hic igitur reliqui per interemptorum corpora traicientes ſeſe incolumes ſeruauerunt. Interiere in hoc labore Mauruſiorum millia quinq;. Romæorum uero nullus: Plagam enim nullam aut ab hoſtibus aut a fortuna accipientes integri incolumeſq; hanc facile uictoriam ſunt adſecuti. Fugierunt ſimul & hoſtium duces præterq̃ quidam Dilaſas qui in fidem ſe Romanis tradidit. Inde poſtea uia facilis ac ſupina hoſtibus in ꝓpinquam huic monti ciuitatem Tingem ubi fons in anguſto quodam loco maximus erat: quem Althias e ducibus unus occupare decreuit ꝙ nuſq̃ alia ꝓpe conſiſtente aqua hoſtes ſiti laborantes huc peruenturos exiſtimarent: cæteris pene omnibus cõtraſentientibus ac tantam multitudinem nõ facile prohiberi poſſe exiſtimãtibus. Mauruſii itaq; æſtu laboreq; feſſi ad hanc nihil hoſtile metuendo ꝓperantes ubi aquam ab inimicis teneri conſpexere omnes heſitantes conſiſtunt multũ tñ uiriũ ac roboris ob ſitim amittentes. Quãobrem Iaudas eorum dux ab Althia poſtulauit ut ſi fontẽ concederet tertiã ei prædæ ptẽ darent. Althias reiecta conditione ipm ſingulari certamine ꝓuocauit: premiũ ei forte uincenti liberam fontis conceſſionem prebiturus. Huic Iauda aduente Mauruſii oẽs in ſpem erecti fuere ꝙ ille corpore ingens: ac omniũ ſuorum pugnaciſſimus eſſet: Althias uero ſane breuior ac etiam tardior uideretur: Vterq; itaq; cũ equo erat. Iaudas primus haſtile iacit quod Althias contrauenie͞ns manu dextra prendere omnibus admirantibus auſus. Iaudam ipm ac reliquos hoſtes perterruit. Deinde arcũ leua tendes ꝓtinus ubi dextra uacuus fuit aduerſarii equum telo perfodit: quo cadente ille confeſtim alium a ſuis adductum conſcendens fugam adripuit: quem Mauruſiorum exercitus nullo ordine ſecutus eſt. Althias itaq; & captiuos & omne p̃dam auferens magnũ ſibi nomen ac decus ex hoc facto per omnem Aphricam parauit. Et hæc q̃dem ſic ſe habuere. Salomon uero apud Carthaginem aliquantulum temporis cõmorans ad Auraſium montem contra Iaudam exercitum mouit penas ex eo expoſtulãs ꝙ q̃n Romæorum exercitus apud Byzacium occupatus erat multa in Numidia oppida populatus eſt: quod ſane cõtigerat. Ad hoc Salomonem Maſſonas & Orteas Mauruſiorum duces priuata inimicia cõpulerant: quorum alterius patrem Mephaniam Iaudas ꝓpinquus exiſtens dolo interfecit. Alterũ uero Orteam Maſtinæ Mauritaniæ p̃fecto ſuaſit ut ex ea

Mauruſiorum ſtrages. (manuscript note)

Tingis

Singulare certamen.

Auraſius mõs

regione cum omnibus ſuis quam diu inhabitauerat pelleret. Romaeoꝝ igitur exercitus duce Salomone & Mauruſiis qui ſe illi adſciuerant iuuātibus apud fluuiū Abiſam caſtrametati ſunt: qui iuxta Auraſium tranſiens eius circa loca oberrat. Iaudas interim in campum contra hoſtem deſcendere minime tutū putans ſeſe muniit ex ea parte quae minus aut expugnari ab inimicis poſſet. Hic enim mons dierū iter decem a Carthagine diſtat maximuſq; omniū quos uſq̄ ſcimus: Nam dierū triū eius circuitus expedito patet: uolentiq; ad eum accedere difficilis ac inuius eſt. In uertice autem planitiem campoſq; habet: tum fructus hic prouenientes duplo q̄ in reliqua naſcuntur Aphrica maiores. Hic deniq; arx eſt incuſtodita ꝙ minime habitantibus neceſſaria uideatur exiſtit: exquo enim Auraſiū Mauruſii Vandilis ademerunt nullum ad ipm̄ hoſtis acceſſit: nec ꝑpterea Barbaris unq̄ incuſſus timor. Sed & ciuitatem Tamugam quae contra montem in campi principio ad ſolem pertinet orientem Mauruſii hominibus euacuantes ad ſolum uſq; deleuerunt ut hec occaſio non eſſet aut ſtatio inimicoꝝ expeditionibus ad oppugnandum facile ipm̄ uicinū montem. Habebant & hic Mauruſii ex parte montis quae occidentem ſpectat regionem bonam atq; amplam quae ab aliis Mauruſioꝝ populis eſt habitata quibus Citaias dominabatur: unus ex his qui ex hoſtibus Salomoni Romaeiſq; acceſſerunt uti ſupra memoraui. Hunc ego hominem dicentem audiui ꝙ regionē quā ipſe tenebat nulli mortaliū habitant ſed uacuam eſſe penitus colonis. Vltra uero hanc hominū aliq̄tulū eſſe non ſicuti caeteri Mauruſii colorati: ſed ualde albi tum coma flaui & haec quidem ſic ſe habent. Salomon autem Mauruſios ſotios multis augens muneribus Montem Araſium cum exercitu ad pugnam paratus aſcendit exiſtimans eo die ad manus cū hoſte uenire: cū ipiſq; uolente fortuna ubicunq; congredi. Non enim cibaria praeter pauca & ſibi & equis ſuis milites feſtinantes ſecum tulerunt. Proficiſcentes itaq; itinere ob locoꝝ aſperitatem difficili ad Quinquaginta maxime ſtadia caſtra poſuere: tantundem ſingulis diebus eundo; ſeptimo die ad locū peruenerunt: quem Latini Aſpidis montem uocant ꝙ ſcuti ſimilitudinē habeat ubi arx antiqua fluuiuſq; perennis. Hic caſtrametari inimici dicebantur: In hoc igitur quum nihil hoſtile offendiſſent conſiſtentes aciem tanq̄ pugnaturi ordinauere. In hac itaq; expectatione quum tres dies ſpatii conſumpſiſſent: Ipiq; ſimul & ſotii qui contra Mauruſios arma ferentes auxilia exercitū iā premi animaduerterēt: ꝑtinus rebus infectis ſeſe recipiēdo ad plana deſcenderūt ubi uallū cōſtituerūt: In hac pte Barbari habitāt cōtra quos

Abiſas mons.

Tamugas ciuitas.

Aſpis ꝓmontorium.

Vandili enim in hos iamdudum Barbaros iram exercentes eos non admo-
dum multos ſimul cum uxoribus in Sardiniam mittẽtes hic ſunt domina-
ti: procedente autẽ tempore montes occupauere qui ꝓpe Caranalem ſunt:
ac primo quidem clanculum latrocinia in uicinos exercentes; poſtea uero
non minuſq̄ ad tria milia creuere ex manifeſto excurſiones facientes mini-
me latere curauerunt: ac omnem circa oram depopulati ſunt: quamobrem
Barbaricini a uicinis appellati ſunt• Contra hos igitur diuerſo genere Mau
ruſios: Salomon in hac hieme claſſem præparauit • Hæc itaq; in Aphrica
per ea tempora geſta ſunt• In Italia uero eadem tempeſtate: Beliſarius con-
tra Theudatum & Gothoꝝ gentem a Iuſtiniano miſſus: primo Siciliam
curſu nullo labore adeptus eſt: ſicuti poſtea dicetur quū me ad res Italicas
hiſtoria ducet• Nunc uero nō ab re mihi uidetur prius quæ in Aphrica cō-
tigerunt ſingula enarrare: deinde ad Gothoꝝ res in Italiam uenire • Hac
igitur hieme uti ſupra dixi Beliſarius apud Syracuſas: Salomon apud Car
thaginem moram traxere• Prodigium quoq; hoc anno grauiſſimū uiſum•
Sol ſine radiis ſicuti luna ſplendorem toto anno emittere/ ac quodāmodo
ex magna parte deficere uiſus eſt ſic de ſolito iubare remittens ſubfuſcus
apparebat/ex quo contigit ut neq; bellum neq; fames neq; peſtilentia nihil
deniq; maloꝝ hominibus deeſſet• Annus quoq; Iuſtiniani Imperii agebat̃
Simulq; uere ineunte quando Chriſtiani feſtum celebrant quod Paſca uo
cant Seditio in Aphrica inter milites contigit: quæ quonam modo ſit orta
Seditio inter milites Romæos•
quomodoue deſierit narrabo• Poſtq̄ Vandili proelio uicti ſunt uti mihi ſu
pra narratur• Romæi milites hoſtium filias & uxores matrimonio ſibi iun-
xerunt• Illaꝝ uero quelibet uiro perſuaſit ea ſibi oppida uindicarēt: quibus
ipſa prius dominabatur• Non enim fas eſſe ſe Vandilis quondā nuptas hæc
poſſediſſe• Deinde eoꝝ cōiuges factas qui Vandilos uiciſſent inferiores eſſe
q̄ ſub uictis conditione: dum bonis priſtinis priuarentur• Hæc milites me-
ditantes Salomoni minime conſentire putabant oportere: qui Vandiloꝝ
oppida in publicum & ad principis domū referre uolebat: dicenti captiuos
opeſq; alias omnes cum ſpoliis inter milites dari tantū fas eſſe• Terrā autē
ipſam principi Romanoq; Imperio ſolum cōuenire: a quo ipſi & nutriti ſunt
& ut milites uocarent̃ habuerunt• Sermones itaq; plures ſimul & iuramē-
ta per caſtra ſup his fuere• Poſtq̄ uero dies feſtus ꝓxime futurus erat: Aria-
ni meſti ob temploꝝ proibitionem ualde inſtabant uiſum itaq; ipſoꝝ prima
tibus ut in prima feſti die quam magnam uocabant: Salomonem interfice
rent• Reſq; aliq̄diu latuit nullo conſiliū retegente utpote multis grauia &

dira conſulentibus ſermo moniſeſtus in nullum fuit inimicum: qua dè cau
ſa rem celari putauerunt • Poſtq̃ uero multi Salomonis equites haſtati ac
ſcutigeri ad hanc cõiurationem oppidoꝝ cupiditate adſciti ſunt• Aduenien
te die Salomon in templo ſecurus proculq; omni ſuſpitione reſedit: egredi-
entes autem quibus datum erat negotium ac ſpiritu uehementiore inter ſe
enſibus adcincti murmurantes: nihil omnino ſunt auſi ſeu templi tunc ſa-
cra/ cerimoniaſq; uerentes ſeu ducis gloriam adſpectumq; erubeſcentes uel
aliqua alia re diuinitus proibiti• Sacris deinde peractis eadem die domum
redeuntibus coñiurati inter ſe obiurgant: ac plane illoꝝ deteſtantur ignaui
am atq; mollitiem• Rurſus autem in diem ſequentem eodem conſilio re de
lata ſimiliter rebus infectis diceſſerunt : ac in forum uenientes ſe inuicem
accuſabant : quiſq; in alterum cauſam reiciebat ut mollem ac ſocietatis &
offitii deſertorem : ſimulq; Salomonis adſpectus timorem probro dabant•
Iamq; uti par erat re uulgata eoꝝ pleriq; non tutum in Ciuitate morari pu-
tantes: extra uagando & oppida & agros populabantur: Aphroſq; in quos
incidebant omnis loco inimicoꝝ habentes • Alii uero ex Cõiuratis in ciuita
te remanentes conſilium mentemq; diſſimulando admirari uidebantur•Sa
lomon igitur ubi accepit regionem omnem uaſtari a ſuis militibus ut rem
nouã plane mirabatur ſimulq; in hoc tumultu hos qui remanſerant omni-
no ab offitio diſcederent ac ad Imperatoris beniuolentiam ſequendam eſt
adhortatus : qui ab initio quidem auſcultare uiſi : poſtq̃ dies quinta ad-
uenetat ac illos qui extra prædabantur iam in tuto eſſe ac in tyrannide cõ-
firmatos audierunt in Hippodromo conuenientes : in Salomonem ſimul
cum aliis ducibus aperte conuitium iactabant • Itaq; Theodorus Cappa-
dox a Salomone miſſus eos blandis uerbis ac perſuaſionibus ad æqum de-
ducere minime dicto audientes conatur • Erat enim quidam huic Theodo
ro tunc inimicus & Salamonis inſidioſus atq; ſuſpectus • Hunc itaq; mili-
tes ilico ducem ſuũ de conſilii ſententia cõclamant/ ac cũ eo arma corripien
tes multo tumultu in palatiũ properant : hic quidem Theodorum alium
qui cuſtodibus præerat ante omnis trucidant uirum profecto cum aliis uir
tutibus clarũ tũ belli diſciplina præſtantiſſimũ Idem in omnes fecerũt ob
uios ſiue Aphros ſiue Romæos qui eſſent Salomonis amici ſeu pecuniã ad
manus haberẽt•Hinc ad rapinã cõuerſi per urbẽ domos expilauere: ubi mi
lites nulli reſiſterẽt donec nox inſequẽs eoꝝ furori ſilentiũ ac quietẽ impo-
neret • Salomon aũt in templũ quod admodum magnũ in palitio eſt fugi-

ens latuit Huc ad eum & Martinus ſub ueſperam uenit • Poſtq̄ uero mili-
tes ſonno ſe dedere ambo e templo egredientes ad domum Theodori Cap-
padocis uenerunt qui eos ſecum cœnare quanq̄ nolētes cogit & in portum
inde deducens Lembo cuiuſdam naualis tulit qui hic a Martino præpara-
tus erat: ſecuti ſunt eos Procopius huius auctor hiſtoriæ ſimul & uiri quoq;
Miſna e domo Salomonis : ſoluētes itaq; hinc ſtadiis trecentis pactis ad Miſnam
Carthaginenſium nauale peruenerunt • Vbi in tuto conſtiterūt ſtatim iuſ-
ſit Mattinum in Numidiam ad Valerianum & alios ductores Romæos
proficiſci rogatum ut tentarent ſiquomodo poſſent aliquos e ſeditioſis mili
tibus a ptinacia deſiſtentes ad Imperatoris ſui beniuolentiam fidemq; tra-
ducere• Theodorum quoq; per litteras Carthaginis curā ſimul & quecūq;
ad præſens negotium facere uiderit mandauit• Ipſe uero cum Procopio ad
Beliſarium Syracuſas adnauigat cuncta que in Aphrica audiuerat narrat-
hortaturq; uti confeſtim Carthaginem eat Imperatorem ulturus qui a ſuis
militibus indigna patiatur• Dum hæc Salomon agit milites Carthaginem
Stozas Tyrannus• diripiunt & in campum Bullæ egredientes Stozam uirum e Mattini equi-
tibus haſtatis Tyrannum ſibi conſtituunt uirum imprimis magnanimū
tum agendoꝝ peritiſſimū ut Iuſtiniani duces omnis de medio tollēs Aphri
cæ totius potiretur • Hic itaq; exercitum Octingentoꝝ milliū congregans
Carthaginem duxit ut cum nullo labore opſeſſurus • Mittenſq; ad Vandi-
los qui e Byzantio cum nauibus fugerant qui ue ab initio Beliſarium non
ſunt ſecuti: ſeu etiam latitauerant uel qui nullius prætii relicti fuere• Erant
igitur omnes non minus q̄ mille qui nō procul a Stoza in caſtra promptiſ-
ſimi uenerunt • Seruorum præterea magna multitudo adceſſit ubi autem
prope Carthaginem fuere miſit ad eos Stozas qui urbem tenebant horta-
tum uti ciuitatem dederent ſi malorum eſſe immunes optarent• Illi autem
ſimul & Theodorus ſe id omnino facturos negauerunt urbem eam ſe Im-
peratori cuſtodire profitentes : miſeruntq; ad eos Ioſephium cuſtodum Im
peratoris ſcribam e clara ſtirpe qui e domo Beliſarii erat & nuper ad obeun
da negotia quædam Carthaginem miſſus• Hic eos rogat ne ulterius ſeuiāt
ac a pertinatia deſiſtant• Stozas ubi hæc audiuit Ioſephium ilico trucidat:
ac urbē opſidione cingit• Qui aūt intus erāt tali exēplo pterrefacti ſibiq; cō
ſulentes Carthaginē Stozæ decreuerunt • Hæc itaq; in Aphrica exercitus
agitabat• Beliſarius aūt cū Salomone ac centū ex eius equitibus haſtatis &
ſcutigeris delectis una in naui Carthaginē adnauigat circa diei ſerū quādo

poſtera hi qui ciuitatem opſidebant per deditionem accepturi erant: ac in ſpem erecti tota illa nocte uigilauerũt• Poſtq̃ uero illuxit ac Beliſarius adeſſe nuntiatur eueſtigio caſtra opſidionemq; ſoluentes turpiter ac ordine nullo fugam adripuerunt• Beliſarius uero exercitum ad duo millia congregans ac eos ad Imperatoris beniuolentiam & uerbis adhortans & pecunia multa impellens fugientes perſequitur: ac eos apud Membreſam ciuitatem ccel• ſtadiis a Carthagine diſtantem deprendit• Hic igitur utriq; caſtrametantes ad pugnam ſe adcingebant: qui cũ Beliſario erant ad Bagradam fluuiũ• Aduerſarii uero in loco alto atq; iniquo uallum conſtituere• Ciuitatem uero ingredi neutri uoluere ꝙ ſine menibus eſſet• Poſtera die ad pugnam parati• Aduerſarii quidem ſuo numero confidentes: a noſtris ut imperiti ex magna parte rei militaris (nam in huiuſcemodi ſeditionib9 omne genus hominum ſine delectu confluere ſolet) a noſtris ſpernebantur: quos Beliſarius ad pugnam adcendere uolens ad ſe uocatos talibus adloquitur•

Membreſa urbs•

Bãgrada flu•

Contio Beliſarii•

¶ Præter ſpem ac uotum Cõmilitones erga Imperatorem ac Romæos res ſe habent: In pugnam nunc congredimur in qua neq; uictoriam ſine luctu habebimus contra conſanguineos & ſimul educatos ituri• Hoc tantum mali ſolamen ꝙ cauſam atq; initium belli non ipſi exiſtentes ſed periculum propulſantes in periculum deſcendimus: qui enim amiciſſimo atq; cariſſimo inſidias tendit: cõſanguinitatis ac neceſſitudinis iura uiolando: quanq̃ uictorię ſuperſtes non fatum uitare: ſed facinoris conſcientia penam prorogare uidetur• Hos enim & inimicos & Barbaros ſeu quoduis aliud acerbiſſimũ dictu iudicat eſſe non ſolum Aphrica ſub eoꝝ manibus in prædam ueniens: ſed Romæoꝝ militum multitudo quos non inimicos exiſtentes hi trucidare ſunt auſi: non alia de cauſa q̃ ꝙ fideles Imperatori exiſtunt: a quibus profecto ſcelerum penas nunc exacturi uenimus: iure aduerſarii familiariſſimus facti• Natura enim neq; amici neq; inimici inter ſe homines exiſtunt: actiones enim cuiuſlibet aut morum ſimilitudine in concordiam & ſocietatem mortales coniungunt: aut moribus diſcrepantes in inimicitiam diducunt• Vt igitur contra homines iniquos atq; nobis aduerſos pugnemus ſatis puto cognoſcitis: nunc ꝙ a nobis deſpiciendi minimeq; repugnandi ſunt ego monſtrauero• Hominũ enim multitudo non ex lege ſed per iniuſtitiam & ſcelus congregata ſtrenue quicq̃ in bello agere nõ poteſt quũ nullo modo uirtus cũ iniqtate cõgredi aut cõuenire ualeat: uerũ a nefariis abſiſtẽs eos ſcd̃m ordinẽ rei militaris aut diſciplinã agere nõ ſunt: deſtituti

igit & animi uirtute & rei militaris diſciplina atq; ordine nulla mora quin ſuccumbant. Spernendi ſunt inq̄ ob has cauſas aduerſarii noſtri ac audacter in eos eundum quum nec in numero aut multitudine bellatoꝝ ſed in ordine atq; fortitudine belli exitus ac robur conſiſtat. Beliſarius quidem

Contio Stozę

hactenus. At Stozas ſuos exortans ſic ait. O uiri qui una mecum e Romæorum ſeruitute liberati eſtis nequis ueſtrum nunc mori pro libertate detrectet quam & ueſtra uirtute ueſtriſq; armis pauloante conſecuti eſtis.

Nota

Neq; ita graue in malis ſeneſcentem uſq; ad extremum uiuere q̄ a malis ſemel liberatum rurſus in eadem recidere ꝗ medio tempore bona deguſtanti difficilis ut par eſt calamitas reuerſa uideatur. Rebus itaq; ſic exiſtentibus neceſſarium uos meminiſſe ꝗ quum Vandilos & Mauruſios ipſi uiceritis: uos in quam belli labores ſubiiſtis: alii uero ſpolioꝝ aliarumq; rerum domini fuere. Illudq; cogitatote ꝗ milites quum ſitis perpetuo uos in bello ac periculis uerſari oporteat: uel pro Imperatoris gloria ſi rurſus ei ſeruieritis uel pro uobis ipſis ſi libertatem hanc quam tenetis ſeruaueritis. Quod enim e duobus optabilius uiſum uobis eligendum aut in præſenti pugna molliter agere uel fortiter uelitis. Succurrere uobis etiam debet ꝗ contra Romæos arma ſumentes ſi ſubiugati fueritis non æquos dominos neq; clementes expiemini: ſed grauia intolleranda q; uos manebunt. Promptum eſt igitur uobis mori mors enim quocunq; modo uobis in bello contingat admodum honeſta uidebitur. Vita namq; uictoribus & felix & ſuauis eſt: uictis autem nihil aliud acerbius dicam q̄ toto uitæ tempore ſpem in hoſtium miſericordia collocare. In congreſſu quoq; impares illi erunt longe numero inferiores quapropter minimū in eis audaciæ ac animi contra nos fuerit eo magis ꝗ nobiſcū huius participes eſſe libertatis exoptant. His dictis quum utroq; inter ſe propinquante exercitu ad manus uenturi eſſent. Stozas rurſus ante medios ſeſe offerens hoſtes hæc loquit. Viri

Stozæ rurſus oratio.

Cōmilitones Scitote uos inique facere contra generis ueſtri homines ac ſimul educatos militantes: qui cōmunibus uobis malis ſimulq; acceptis iniuriis feſſi Imperatori ac Romæis bellum inferre decreuerunt. An non recordamini ꝗ nullum ueſtrorum laborum fructum retuliſtis priuati donis ac ſpoliis inimicorum quæ belli lex his qui cum uirtute ac ſtrenue ſe geſſerunt militibus p̄mia dari ſolent: at his alii gaudent fructuſq; uictoriæ toto tēpore cōſecunt: uos uero in ſeruoꝝ collocāt parte. Si igit in me aliqua de cauſa irati eſtis me meūq; corpus petite præſto adſum: reliquis qui me

ſecuntur hoc tantum piaculum uitare liceat• Si aũt nihil eſt cur ſuccenſere
debeatis tẽpus iã nũc pro ipis arma ſumere: Talibus locutũ Stozam hoſtes
collaudauere• Confeſtimq; adnuentes multa beniuolẽtia ſalutauere• Duces
autẽ hoc animaduertentes metu correpti clanculũ ſe militibus ſubtraentes
in templũ quod in Gazophylis erat aufugiũt quos quanq̄ ſub fide dei co-
lumitate acceptos ilico trucitauerunt• Hæc ubi Ipator accepit Germanũ
fratris filiũ uirũ patritiũ cũ paucis in Aphricã miſit: cũ quo Symmachus Germanus
& Dominicus ſenatores erãt: quoꝝ alter equitibus & ſumptibus p̄futurus
alter Domnicus pedites ducturus erat • Ioannes enĩ iã ex morbo deceſſerat
cui munus hoc additũ erat• Hi poſtq̄ Carthaginẽ puenerunt Germanus cõ
feſtim militũ numerũ recenſuit ac ſcribaꝝ codices pluſtrans in qbus ipoꝝ
noia inſcripta fuere: uidit tertiã exercitus partem tam Carthagine q̄ in aliis
Aphricæ ciuitatibus eſſe: reliquos uero omnis tyranno cõtra Romæos mili
tare: quãobrem pugnã cõmittere nõ aduc ei uiſum ſed exercitũ q̄ multum
ſibi conciliare nitebatᷣ p̄ſertim hoſtiũ cõſanguineos aut familiares qui Con
ſtantinopoli remanſerant quos quũ acte omni deliniret: tũ ſe dixit ab Im-
peratore in Aphricã miſſum ut milites deficiẽtes cõprimeret: & iniuſtitię ac
pfidiæ pœnas ab eis exigeret• Hæc aduerſarii audiẽtes nõnulli ad eũ trãſſu
gere ceperũt: quos Germanus in urbẽ multa humanitate ſub fide receptos
in honore habuit: p̄fecitq; ordinibus quibus ipi contra Romæos prius præ
fuere• Poſtq̄ uero de his ſermo quoquo uerſus ad omnis peruenit plures in
dies tyrannum deſerentes: Carthagiuem ſe conferebant • Germanus autẽ
ubi adæquare iam numerum cum hoſte uidit ſe inferiorem non putans ad
prœlium adcinxit• Stozas uero ſuos animaduertens cottidie deficere / me-
tuenſq; ne magis continuo debilitarentur: armis iamiam decernere / ac de
re tota periclitari: deniq; hoſtes improuiſos aggredi ſtatuit: eo magis ꝙ ſpe
raret ſi prope adcederet mulros ex his qui iam cum Germano erant Cartha
gine facile tranſſugituros • Quare ad ſpem ſuos magnopere excitauit: ac
iam propterea uictoriam tenerent • Itaq; cum omni exercitu eueſtigio Car
thaginem petit ab eaq; longe ſtadiis • XXXV • caſtra poſuit: Germanus
parte alia ſuos animans ac diſpernens tanq̄ in bellum proceſſurus extra
portam eduxit: quumq; hoſtes propinquos audiuiſſet conuocatis omni-
bus hæc ait• Quod nemo ueſtrum o uiri Commilitones de Imperatore Germani ora
quæri neq; aliquam in rebus geſtis eius in uos culpam oſtendere poſſitis tio ad milites•
nullus eſt qui non fateatur • Ille uos agreſtes olim homines cũ pera & una
tm̃ uiliſſima ueſte apud Byzantiũ congregatos tales eſſe fecit ut Romæoꝝ

res in ueſtris nunc uerſetur manibus• Vt autē idem a uobis nō ſolū probrū ac contumeliam ſed quæ ſunt omniū grauiſſima & maxima ſit paſſus uos hoc tempore probe noſtis: quoꝝ memoriam ut ſeruare ꝑpetuo poſſitis omniū cauſas ac querelas dimiſit: tantū hoc ei offitium preſtare uos rogans ut ob talia uerecundia: pudoreq; adficiamini: hac igitur ducti uos æquum fuerit priſtinam fidem reuocare ac ueterem iniuriā noua offitii diligentia compenſare • Præteritoꝝ nāq; penitentia his qui errauerunt clementes reddere ſolet iniuriam paſſos: Offitiū enim tempore præſtitū ingratoꝝ nomen mutare conſueuit• Illud autem uos uidere oportet ut ſi in pñti negotio Imperatori fideles eritis nullam ꝑteritæ culpæ memoriam relinquetis: omnis enim actio ab hominibus ex ipoꝝ cōmuratione appellari debet: peccatum ſemel admiſſum nullo unq̄ tempore efficies ut ſit infectū: quod autē bonis actionibus corrigitur illis auctoribus maxime fauet priſtinamq; famam erroris obliuione ſempiterna reſtituit • Nam ſi hos execrabiles nunc ut eſt æqum deſpicitis multis deinceps in bellis pro Romæis contra hoſtes alios uos fortitudinem ac animi alacritatem præſtaturos indicabitis: neq; unq̄ aliter ſeciſſe aut Imperatori aduerſos fuiſſe oſtendetis• Qui enim in his quæ admiſerunt retractando ꝓbantur honeſtiſſimam præteritoꝝ excuſationē p̄ſe ferunt• Hæc itaq; ueſtrū quilibet erga Imperatorem ſic cogitet• Quod autem ad me pertinet ſcitis queādmodū ego nullius memor iniuriæ uos nulla ex parte laceſſiuerim: quin potius omni beniuolentia proſequens in huiuſcemodi certamine conſtitui• Vnde habeo uos magnopere rogare ut nemo ueſtrum mente diſſimulata contra hoſtes ꝓcurrat: quin ſi forte aduc ad illoꝝ exercitum tranſfugere exoptat ne cunctetur nunc protinus ei cum omnibus armis liceat: hoc ſolum mihi gratificando ut non clam aut per inſidias ſed aperte ſit iniuſtus: cuius rei gratia hæc ad uos uerba non apud Carthaginē ſed in acie ante hoſtem habui: ut nulli hoc facere uolenti ſit aliquid impedimento quin ab omni liber periculo tutus diſcedat• His a Germano dictis tumultus in caſtris Romæoꝝ plurimus exoritur: ac quiſq; pro ſe primus fidem beniuolentiamq; ſuam erga Imperatorem duci monſtrare contendit: inſuper grauiſſimis adfirmare iuramentis • Aliq̄diu igit̄ in acie ſtantibus ac nullis utrimq; ſe mouentibus quum hoſtes nihil prorſus eaꝝ rerū quas Stozas ꝓdixit iam contingere uiderent ſpeq; ſe deceptos animaduerterent: protinus aciem deſerentes aufugiunt ac ſe inter Numidas recipiūt ubi eoꝝ & uxores & bona expreda erant • Huc paulopoſt Germanus cum exercitu uenit preparans cū alia optime: tum currus immodicos ducens aduerſarios

eſt adſecutus ad oppidū quod Calabaſtores Romæi appellant: ibiq; caſtra Calabaſtores
hoc modo collocauit. Currus in fronte conſtituens pedites apud eos poſuit oppidum.
quibus Dominicus p̄erat ut habentes in tuto humores magis fiderent. Ex
equitibus autē optimos atq; fidiſſimos quos e Conſtantinopili adduxerat
peditibus dextrorſus poſitos ipē regebat: alios autē omnis in cornu dextro
non cōiunctim ſed diuiſim in tris maxime turmas cōſtituit: quaꝝ una Ildi
ger: Alteri Theodorus Cappadox: Tertiæ omnibus maiori frater præerant
In hunc modū Romæi ordinati fuere. Aduerſarioꝝ uero cōtra ſtetere nul-
lo quidem ordine ſed more Barbarico ſparſi. Hos Mauruſioꝝ millia multa
nō longe ſequebant̄: quos quū alii multi: tum Iaudas & Ortaias ducebant
minime quidē oēs his qui cū Stoza erant fidi: ſed plurimi cū Germano pri
us per nuntios cōuenerant: Poſtq̄ in rem p̄ntem ueniſſent partibus Impa-
toris cōtra hoſtes apte dimicarent: quibus Germanus omnino nō credidit:
ut q̄ infidū genus Mauruſioꝝ in omnis ſit homines: cuius rei gratia cum
aliis ſeditioſis in exercitu ſimul nō erāt: ſed pone ſequētes plane belli eueu
tum expectabant: ut unacū uictoribus uictos inſequerent̄. Stozas autem
prope inimicos conſiſtens ubi ſignū Germani uidit ſuos adhortans in eum
proceſſit. Eruli uero qui cū eo erant minime ſecuti ſunt omnino dubitātes
in dextro cornu ſibi oppoſitos hoſtes ſi incurrerēt minime ſe poſſe tollerare.
At reliquoꝝ tantus fuit impetus ut Romæos terga ſtatim uertere cogerent
quidam & contra pedites incurrerent: qui iam ordinem deſerere ceperunt.
Inter hæc Germanus enſem ſtrictū ſupra fugientiū capita intentans mul
to labore eos qui circa ſe ſunt ſiſtit/ac rurſus in hoſtes cōuertit: curſuq; ipſe
demū in Stozam cōtendit: quo facto & ipē & qui circa Ildigerem & Theo
dorum erant ita cū hoſtibus ſunt confuſi ut inimici perſequentes in turba
multos e ſuis interficerēt. Cōmixta igitur multitudine qui circa Germanū
erant retro euntes etiā magis pugnæ incumbebant: ac hoſtes in multā for-
midinem incidentes nō amplius fortiter egerunt. Neutri enim ſatis perſpi-
cui aut noti nequidē ſibi ipis neq; inter ſe fuere una enim uoce: unoq; arma
turæ genere omnes utebantur neq; ſpetie aliqua aut figura aut ulla re alia
inter ſe diſtincti. Quamobrem ex Germani ſententia Imperatoris milites
ubicunq; cōprehenderent̄ interrogati quicūq; eſſent. Si quis ſe Germani
militem eſſe dixerit omnino Germani ſignū dicere iubebat: hoc aūt dicere
nullatenus habentem ſtatim interficiebant. In hoc autē labore quidam ex
hoſtibus latens equm Germani interfecit. Ex quo ille cadens in maximū
uenit uitæ diſcrimen: niſi equites haſtati celeriter occurrentes eū ſeruaſſent

ac rurſus alium optuliſſent equm • Stozas igitur in hoc tumultu cum pau cis quibuſdam fugam tentauit• Germanus uero ſuos hortatus recta in aduerſarioꝝ caſtra erumpit• Hic illi qui ualli cuſtodiæ adibiti erāt occurrūt: pugnaq; ad ipm ingreſſum atroci facta pauloq; poſt & reliqui hoſtes ſupue nienres: Germanū cū ſuis repellunt at ille e ſuis nōnullos aliā caſtroꝝ partem tentare iubet•Hi quum impata feciſſent ac nullū offenderent reſiſtentem inrra munitiones nullo labore ingrediuntur: quod hoſtes uidentes fugam adripiunt • At Germanus ex alia parre cū reliquo exercitu in uallum irrumpit•Hic milires tantū prædæ uacātes ac inimicos omnino ſpernētes: nec duci admonenti audientes ob auaritiam fuere : quāobrem Germanus hoſtium rurſus contentionē moturus ipē cū paucis ualli ingreſſum tuetur querens ſimul atq; obteſtans eoꝝ temeritatem in ordinem reducere : minime auſcultantes fruſtra nitebatur• Mauruſioꝝ interim multi hac facta cōuerſione hoſtes ſunt perſecuti: ac Imperatoris partibus ſtudentes ſimul caſtra cū cæteris pdabantur • Stozas uero qui ab initio Mauruſioꝝ exercitui maxime cōfidebat ut inimicos repelleret ad eos auxilii gratia adeqtat utq; rem ſentiit quomodo ſe haberet cū hominibus centū uix aufugit • Rurſus igitur plures ad ipm congregati ad manus iterū cū hoſte uenire tentauerūt repulſi rurſus nihil minus q̄ prius ſi nō magis ad Germanū omnes tranſfugerunt• Solus autem Stozas cū Vandilis quibuſdam ad Mauritanos ſe recepit: ibiq; cuiuſdam uiri principis filiam in matrimoniū ducta remanſit• Et militum quidem ſeditio hunc finem habuit • Erat autem quidam inter Theodori Cappadocis haſtatos equites nomine Maximinus magnope improbus•Hic militū plures ſecum iuratos ad conſpirationem habens tyrannidem inuadere decreuerat pluresq; ſibi etiam alios ſibi adiunxit: conſilium cum aliis tum Aſclepiadi cōmunicauit•Is e paleſtina aduenerat bono genere natus: ac imprimis Theodoro fidiſſimus: quapropter rem ei deinde Germono retexit: at hic quum priora facta minime aduc cōpoſuiſſet aliam exacerbatis rebus addere turbationem nequaq̄ tutum exiſtimans blanditiis potiꝰeū & honore lenire q̄ aliqua pena mulctare querebat•Itaq; iureiurādo eum præueniens Romæoꝝ Impatori auctorare conatus eſt: quum nullum equitem haſtatum fieri mos eſſet niſi qui prius ſeſe iuramento ac fidē ſuam ipi duci ac eidem Impatori obligaſſet hac ſumpta occaſione Maximinū ut uirum fidiſſimū laudauit ſimulq; ad ordines pmouit equitemq; ſuum conſtituit• Is hoc honore accepto lætior factus faciliorem ei uiam ad ea quæ cogitauerat ſibi datam exiſtimando fidē ab eo expeditā iureiurando firmauit

quam protinus irritam fecit multomagis tyrannidi iam animo cõceptæ in
uigilando• Eodem forte tempore quoddam Ciuittas feſtũ celebrabat/ mul-
riqꝫ ex Maximini cõiuratis ſub prandii horam offitii gratia ad palatiũ con
uenerũt quo Germanus ſui ſtudioſos ſimul & Maximinũ inuitauerat Du
ces igitur accumberent omnes : ecce quidam Germano nuntiat plures nul
lo ordine ante ianuam ſtantes queri ſtipendiũ iam longi temporis Impato
rem ei debere• Germanus uero equitibus ei fidiſſimis iuſſit Maximinũ in
cuſtodia tenerent nihil ei rei geſtæ retegendo• Tunc uero coniurati qui ad-
erant ei ſtudentes protinus minis multis ac tumultu ad Hippodromũ cur
runt ibiqꝫ ab his qui parati erant partim interfecti partim capti ad Germa
numqꝫ ducti ſunt• At qui ad Hippodromũ minime ꝓperauerunt ſeſe ne-
quaq̃ proditionis conſcios monſtrauere• Germanus autem a ceteris quidẽ
ulterius exquirere ſuperſedit tantũ Maximinum interrogauit : an poſtq̃ iu
raſſet ſe in offitio permanſurũ ultra inſidiis etiam tenderet : fatentemqꝫ ſe
poſtq̃ inter equites equites eius acceptum fuiſſet magis aduc tyrannidi ſtu
duiſſe ꝓpe ciuitatis menia palo infixit : ſic itaqꝫ ſeditio diſſoluta: Maximi-
niqꝫ proditio hunc habuit finem • Germanus igitur poſt hec unacũ Sym-
macho & Domnico a Iuſtiniano annũ iam Imperii tertiũ ac decimũ agẽte
reuocatus•Salomon rurſus rerũ ſummã in Aphrica p̄miſit exercitum ei tra
dens Duceſqꝫ quum alios tum Leontiũ Zaunæ Phareſmanis & Ioannem
Siſinii filio Martinus enim & Valerianus iam antea Byzantiũ reuocati fue
rant• Salomon igitur Carthaginẽ adnauigans ac omni ſeditione liberatus
æqum ſe geſſit ac Aphricam diligenter cuſtodiit ornans ac inſtituens exer-
citum tum ſi quos ſuſpectos repperit Byzantiũ ad Beliſarium miſit:tirones
autem in illoꝝ ſurrogans locũ• Vandilos quoqꝫ relictos ſimul cũ omnibus
eoꝝ uxoribus ac mulieribus ex omni Aphrica diſpulit • Ciuitates inſuper
omnis menibus cingens ac leges diligentiſſime cuſtodiens rempublicam
magnopere conſeruauit • Fuitqꝫ Aphrica ſub illo in prouentibus potens &
in reliquis rebus feliciſſima• Poſtq̃ uero cuncta probe diſpoſuerat contra
Iaudam & Mauruſios qui erant in Auraſio monte rurſus expeditionẽ ſum
pſit ac primũ quidem Gontharim unũ ex eis equitibus uirum fortiſſimum
cum exercitus parte mittit• Is ad Abigan fluuiũ circa Bagaſim deſertã ciui
tatem caſtra poſuit hic cũ hoſte concurrit ac prœlio uictus ſe intra munitio Abigas flu•
nes recipiens a Mauruſiis opſidione p̄mebatur • Poſtq̃ uero Salomon cum Bagaſis ciuit•
toto exercitu ueniẽs longe ſtadiis•lx•a caſtris Gontharis caſtrametatus ual
lo locũ muniit ubi de clade Gontharis quæ contigiſſent audiuit : exercitus

partem miſit ac bono eſſe animo rurſuſq; cum hoſte concurrere iuſſit· Mauruſii autem bello ſuperiores facti uti ſupra narratur hæc egerunt· Abigas amnis ex Auraſio monte in campum fluit: terramq; irrigat quantam ac eo modo quo illius accole uoluerint · Hi enim huius defluxum circūducunt quando ac ubi profuturum ſibi uideant· Nam in hoc campo frequētes inſunt rupes & amfractus in quos Abigas deductus ac ſciſſus proruens ſub terram fertur: rurſuſq; ſupra alibi apparet fluens · Hoc autem quum ſæpe in hoc campo eueniat in accolaꝝ poteſtate ſitum eſt quonāmodo aquis huius fluminis uti uelint an aggere ipm̄ obturare: an rurſus recludere· Igitur Mauruſii tūc amfractus huiuſcemodi apientes totam fluminis inundationem in caſtra Romæoꝝ dimiſerunt: Ex quo palus profunda & impenetrabilis facta eos maxime adflixit ac in animi anxietatem deduxit· Quod ubi Salomon audiuit celeriter eo proficiſcitur: Barbari ſubito illius aduentu terrefacti ad Auraſii radices ſe recipientes in loco quem Faboſim uocāt caſtra poſuere· At Salomon cum exercitu huc contendes ad manus cum hoſte uenit uictorq; eos in fugam conuertit: ac ex illo Mauruſii cū Romæis concurrere haud tutum ſoli: nec iam amplius eos ſuperare poſſe putauere· Tantū in Auraſio monte ſpes erat ꝙ Romæos ob loci iniquitatē non diu moram toleraturos: indeq; cito ſicuti prius diſceſſuros exiſtimabant· Multi uero ex eis à Mauritanos ac ad Auraſi partem quæ meridiem ſpectat ſe contulere· Iaudas uero cum Mauruſioꝝ duobus millibus in hoc monte manſit · Erat autem Zerbules quidā nomine qui arcem ī Auraſio edificabat in quam Iaudas cum omnibus Mauruſiis eſt ingreſſus · Salomon autem tempus in opſidione minime uolens ubi audiuit apud Tamugadam ciuitatē campū
Tamugada urbis· iam frugibus maturis abundantem eſſe eo exercitū duxit: ibiq; moram faciens agrum populabatur: in Zerbulis arcem rurſus triticum omne relaturus· Dū hæc Romæi agebant: Iaudas relictis arcis præſidio nōnullis Mauruſiis quibus maxime confidebat ipe cum reliquo exercitu in Auraſii cacumen aſcendit ut ſi forte expugnaretur huc ſe reciperet locūq; muniens præ
Tumar· ruptum ac ſub arduis petris latentem Tamar nomine hic conſtitit· Barbari uero pſidio relicti quū opſidioni reſiſtere nō poſſe ſperarent ducibus præſertim ſublatis eueſtigio arcem relinquere cogitabant· Clam igitur hoſtib9 omnes ſilentio fugam adripuerunt· Romæi autem qui eadem fere die opſidione relicta diſcedere parabant: poſtq̄ in menibus nullus apparuit hoſtis admirati inter ſe plurimū heſitabant: auſi demū ulterius ire portam paruam unde illi egreſſi fuere aptam offendūt/intrantes itaq; omnia dep̄dant:

perſequi autem eos ꝗ leuis eſſent armaturæ ac regionis peritiſſimi minime uiſum: cuſtodes tantum arci dimittentes pedibus omnes altius aſcendere ceperunt uſq; quo Tumar peruenirent locum ubi ſe tanq̃ in carcere inimici cluſerunt propiuſq; caſtra mouentes in loco iniquo & ꝑrupto ubi nihil penitus aquæ aut alicuius rei neceſſariæ nec erat nec eſſe ſperabatur. Longiuſculo autem tempore hic conſumpto quum Romæi & ipſi quoq; aquæ penuria preſſi laborarent. Salomon ut diligentem adiberet cuſtodiam inopiamq; ſuſtentaret ſingulis diebus calicem tantum cuilibet militũ diſtribuebat, quos ubi uidit egreferre nec diutius hanc uictus duritatem pati poſſe: Iam non ultra morari ac ꝑpe caſtellum pugnam tentare conſtituẽs ſic eos eſt adortatus. Poſtq̃ Romæis deus dedit apud Auraſium Mauruſios expugnare rem quidem arduam & his qui hactenus per nos facta non uiderunt penitus incredibilem. Neceſſarium & uos priſtinam adſumentes uirtutem diuinæ gratiæ munus minime contemnere ſed audacia qua ſolitis inſtando: tum periculum ſubeunde ex rerum preteritarum felicitate futuram auſpicamini uictoriam. rerũ enim humanaꝝ momenta in occaſionis præceptione conſiſtunt. Nam ſi quis per ignauiam fortunam paratam neglexerit ſi ſua culpa ab ea deſeruatur nequaq̃ illã ſed ſe ipm accuſat. Mauruſioꝝ nunc cernitis debilitatem, caſtellũq; ubi ſe ad defenſionem incluſerunt omnibus deſtitutum neceſſariis. Vobis autẽ alterũ e duobus deliberandũ uel opſidioni patienter inſtantes hoſtiũ deditionem expectare: uel eam omnino deſpicientes cum noſtro periculo uictoriam nobis paratã deſpicere. Sed quãtomagis contra Barbaros armis experiri ꝑſtabit ac ſine periculo fuerit, quos profecto fame iam abſumptos nunq̃ ad manus uobiſcũ uenturos putauerim. Quæ quidem diligentius euoluentes impata uos prompto decet animo facere. His igitur Salomon dictis ueſtigare cepit unde cõmodior ad irruptionem uia daretur. Nam animo ualde heſitabat qua nã prius aggrederetur quũ undiq; prærupta eſſent. Hæc meditanti iter fortuna protinus oſtendit Gezon erat nomine quidam inter pedites eius ordinis quos optios Romæi appellant: qui ſiue ioco ſiue ſerio ſeu etiam diuinitus inſtigatus cõtra inimicos ire uiſus ſolus aſcendit: pauloq; poſt haud longe nonnulli ex aliis militibus ſecuti hoc factum audax admirabantur. Tres autem Mauruſii qui ingreſſum cuſtodiebant ſuſpicantes aduerſos eos uenire curſu ire contra feſtinant ut in anguſto loco ſine ordine quiſq; ſolus per ſe ꝑperabãt: quũq; primus forte caderet, a Romæo ſtatim data occaſione occiditur. Reliqui qui pone ſequebant̃ hoc animaduertẽtes multo tumultu ac clamore

Oro Salomonis ad milites

in hoſtes incurrunt: ubi autẽ Romæus exercitus omnis hæc uidit ducem minus expectantes qui iter monſtraret neq; tubæ ſonitũ ut eſt de more in pugnæ congreſſu ne ue ordinem ſeruantes ſed clamore multo utentes ac ſe inuicem excitantes in hoſtes impetum faciunt. Hic primum Rufinus & Leontius Zaunæ Pharegmanis uirtutis præclara facinora cõtra inimicos oſtenderũt: quibus Maurufii perterriti poſtq̃ cuſtodes interiiſſe didicerũt: ſtatim qua cuiq; uia dabatur ſe conuertunt: ac eo℞ pleriq; in locis anguſtis deprenſi interficiebantur. Ipſe autem Iaudas iaculo crus ſauciatus nihilominus fugit ſeq; in Mauritanos recepit. Romæi autem caſtra inimico℞ diripientes Auraſium relinquere ex re fore minime putabant. Sed hanc Salomon arcem ab ſe reconcinnari iuſſam cuſtodiendam mandauit: ne rurſus Mauruſiis ad res nouas huc aditus eſſet. Eſt autem quoddam in Auraſio

Petra Gemi-niani. ſaxum abruptũ Petra Geminiani ab accolis uocata ex alta cupidine emergens ubi breuem turrem priſci ut refugium eſſet loci illius natura iniqui ædificauerunt. Hic Iaudas paucis ante diebus opes omnis ſimul cum feminis collocauit: cuſtodemq; unũ Mauruſium ſenem Theſauri adibens quo tantum inimicos nunq̃ peruenturos ſuſpicabatur neq; ui ullo tempore hãc turrim expugnaturos. At Romæis difficultates Auraſii omnes ſuperantibus: quum quidam ex exercitu miles quaſi per iocum turrim aſcendere primus cepiſſet a mulieribus ac ſene illo uelut inſanus & rem longe duram aggreſſus irridebatur. At ille manibus pedibuſq; paulatim adnitendo emergens ac enſem educens ſeni protinus ceruicem amputauit. Milites autem reliqui alacres atq; confidentes inter ſe iuuando inuicem omnes conſcenderũt: feminaſq; ac theſau℞ maximũ inde rapiũt: ex quo Salomon multas po

Mauritaniæ duæ. Sitiphis urbs ſtea ciuitates in Aphrica menibus reſtituit. Mauruſii poſtq̃ e Numidia ſuperati uti ſupra narratur refugientes Zeben regionem petierunt que ſupra montem Auraſium eſt ad Mauritaniã pertinens Sitiphen metropolim habens Romæo℞ Impio tributariam. Mauritaniæ uero alterius Cæſarea ca-

Cæſarea put eſt ubi omnia ſimiliter oppida uectigalia facta: præter ipſius caput Cæſaream a Beliſario Romæis immunẽ ſeruatam quam ipſi nauibus adeunt: quum terreſtri itinere nequeant. In hac igitur Mauruſii regione conſedere ac ex illo Aphri omnes Romæis obtẽperant pace certa utentes: ac ſub Salomonis quidem uiri ſapientis ac modeſti magiſtratu nihil mente hoſtile retinentes uiſi ſunt omniũ hominũ feliciſſimi. Quarto autem poſt Anno omnia bona in mala eis conuerſa fortunæ cõmutatione contigerunt. Nam anno Iuſtiniani Quartodecimo Curtius & Sergius Bacchi Salomonis fratris

filii ab Imꝑatore ad regendas in Aphrica ciuitates miſſi:alter ſenior Penta-
polim: Tripolim uero Sergius. Maurusii uero Leucathæ appellati cū mag- Maurusii Leu
no exercitu in urbem Leptim magnā uicinā uenientes palā dicebāt hac de cathæ.
cauſa ꝓfectos eſſe ut digna dona eiſq; debita dando pacē firmarēt. Sergius
uero a Pudentio ꝑſuaſus uiro Tripolitano cuius ſupra memini ut ab initio
Vandilici belli Iuſtiniano cōtra ip̄os Vandilos militantes. lxx. barbaros &
maxime ꝓbatos in ciuitate receptos etiā cōuiuio humaniter aibuit: cuncta
ſe ꝓmittēs poſtulata p̄ſtare/alios uero in ſuburbano manere iuſſit. Hos aūt
dicūt barbaros mēte doloſa in urbē ueniſſent Sergiū p inſidias interficerēt:
poſtq̄ uero cū ip̄o in colloquiū uenerunt quū alia Romæos expoſtulaſſent:
tū ſegetes agroſq; ab ip̄is cōtra ius faſq; populatos quæ Sergius ſpernēs e lo
co ſurgēs i quo ſedebat inde diſcedere uoluit: tūc qdā ex illis chlamyde ip̄iꝰ
adſumpta eū retinere tentauit: Hinc reliqui in tumultū excitati inſurgūt:
ip̄mq; circūſiſtūt:qdā uero e Sergii equitibꝰ enſem educens hūc Maurusiū
interfecit & ex illo magna in tota domo turbatiōe exorta equites Sergii bar
baros oīs interfecere. Vnuſq; ex eis ut cæteros interemptos uidit e conclaui
clam oībus ſubterfugiens ad ſuos Maurusios otius cōtendit: hiſq; oīa quæ
cōtigerūt narrat. Illi hæc audientes ilico ad caſtra ꝓpria cōcurrūt cæteriſq;
ſe iūgentes cōtra Romæos adcingūt quibꝰ Leptim magnā uenientibꝰ Ser
gius & Pudentius cū toto exercitu obuiam fiūt pugna uero cōmiſſa primū
Romæi uictores apparuerunt multūq; hoſtium interemere: ac eoꝝ caſtra
diripiētes ſimul uxores & liberos omnēq; gazam adripuerūt. Poſtremo Pu-
dentius uiribꝰ temere confiſus reicit. Sergius aūt cū toto exercitu Leptim
magnā ſe recepit. Breui poſt tp̄e Barbari maiore expeditiōe cōtra Romæos
ueniūt. Sergius aūt ad Salomonē cōfugit ut & ip̄e maiore exercitu cōtra ho
ſtes ueniat ubi & Cyrum fratrē repperit Barbari in Byzaciū excurrētes plu Antalæ defe-
rimū locoꝝ uicinoꝝ ſunt populati. Antalas aūt cuius ſupra mentionē feci ctio.
ut in offitio erga Romæos ꝑſeuerātis ac ꝓpterea ſolius apud Byzaciū Mau
rusios regētis: Iā Salomoni bellū inferebat: ꝙ frumēta qbꝰ Imꝑator ei diſtri
buit apſtulerat ac eiꝰ deinde fratrē occiderat: quāobrē apud Byzacenos tu-
multū excitauit: & cū Leucathis ſocietate inita cōtra Salomonē & Carthagi
nē dux fuit. Salomon aūt ubi hæc reſciuit cū toto exercitu cōtra eū ire ꝑgit:
anq̄ oia apud Baſtē ciuitatē ſex dieꝝ iter a Carthagine diſtātē caſtra poſuit: Baſtes ciuitas
Ip̄eq; cū Bacchi fratris filii Cyro & Sergio ac Salomone iuniore metuēs bar
baroꝝ multitudinis impetū: ad Præfectos Leucathoꝝ mittit cōqueſtū ꝙ in
Romæoꝝ fœdere exiſtētes arma cōtra eos corripuiſſent: pacem aūt rogans

inter eos ſeruari grauiſſima eſt iuramenta præſtare pollicitus ꝙ obliuione
præteritoꝝ ſempiterna in eos uteret̃ • Barbari uero irridentes dixerũt ſemel
eos quidẽ prius iuraſſe p ſua ſacra quę euangelia dicunt̃:deinde Sergiũ his
credentibꝰ exitiũ inruliſſe:uelle igit̃ ſe expiri quaſnã uires huiuſcemodi ſa-
cra in piuros habeãt utrinq; in certamẽ eũtibus ut & ipi deinceps illis firmi
ter credentibꝰ ꝑpetuo pacẽ ineant• Hæc Salomon audiẽs ad pugnã ſe para
uit:poſtera uero die cũ hoſtiũ ꝑte quadã ꝓdam maximã agente congrediẽs
in prœlio ſupauit ꝓdam uero eis ablatã ſeruauit ſuccenſentibuſq; militibus
ac palã uociferantibꝰ eis ſpolia nõ imptiri ait finẽ belli ſe expectare:ut tunc
oia ſimul cuiq; pro dignitate ac uirtute diſtribuat• Poſtq̃ uero rurſus barba
ri cũ toto exercitu in pugnã ruerũt Romæi qdã certamẽ detrectãtes aciem
deſeruere reliq itẽ citra animi alacritatẽ ſegnes ac pigri cõcurrerunt/ac pri-
mo qdẽ anceps ꝓliũ fuit• Deinde magna mauruſioꝝ ſupueniẽtẽ multitudi-
ne plures Romæoꝝ fugerũt•Salomõ uero & qui cũ eo erãt nõnulli aliqdiu
oppugnati reſtitere:poſtremo inſtantibꝰ hoſtibꝰ & ipi certatim fugiẽtes ad
riui cuiuſdã ꝓpe fluẽtis alueum uenerũt:hic equo laborãte Salomon in ter
rã cecidit:eqtes uero ſtatim adcurrẽtes eũdẽ ſemifractũ ac languentẽ uixq;
habenas ſuſtinere ualentẽ equo reſtituũt quẽ ꝓtinus Barbari cõprendẽtes
Salomon in-terficitur• ſimul cũ eqtibꝰ pluribꝰ iterfecere• Hic Salomõis finis:Quo extĩcto:Sergiꝰ
eius fratris filiꝰ Iuſtiniani mandato Aphricæ ꝓfecturæ ſucceſſit:q calamita
tis plurimæ cauſa aphroꝝ generi fuit•Oẽs enim eius adminiſtrationẽ ęgre
tolerãtes detrectabãt ꝙ & natura ualde imprudens eſſet ſimulq; iuuenis tũ
moribꝰ faſtoſiſſimus cunctoꝝ eſſet hominũ:ut & magiſtratꝰ ipos etiã deſpi
ceret nulloq; in honore haberet • Diuitiis aũt ac potẽtia cõtinuo abutebat̃•
Quamobrem omnes eũ odio perſequebantur: milites imprimis ut mollem
& effeminatum • Aphri uero ex eadem cauſa tum etiam ꝙ & fœminas &
opes eorum omni libidine ſectaretur: ſed omnium maxime Ioannes Siſinii
eius impotentiã moleſte ferebat qui uir fortiſſimus & uirtute bellica ꝓſtans
ſub ignauo eſſe duce dolebat:quãobrem nec ipe neq; ullus omnino arma cõ
Ep̃la Antalæ ad Iuſtinianũ tra hoſtes ſentire uolebat• Tũc itẽ Antalas Iuſtiniano principi litteras in
hæc uerba ſcripſit • Seruus eſſe tui Impii nunq̃ ipe negauerim Mauruſii tñ
qui erãt in fœdere a Salomone intolerãda indignaq; paſſi nup arma ſume-
re coacti ſunt nõ quidẽ te ſed inimicũ ſuũ petentes•Ego quoq; inter cæteros
maxime laceſſitus quom ipe nõ ſolũ cibariis quæ mihi pauloante Beliſariꝰ
tuq; dediſti priuauit: ſed fratrem meum a quo nullum acceperat incõmo-
dum interfecit• Pænas igitur de eo qui nos tot adfecit iniutiis ſumpſimus•

Nūc uero ſi Mauruſios tibi ſubditos eſſe ac in offitio ſolito pſeuerare cupis: Sergiū hūc ex hac regiōe reuoca: aliū in illius locū ſufficiēdo. Nō eni tibi uiri ſapiētes ac eo longe digniores deerūt quos huc mittas. Donec eni iſto tuo ꝑerit exercitui mirū ꝑfecto fiet ſi Romæos inter hac Mauruſios pax unq̄ interueniat. Hæc ab Antala ſcripta: quum Impator legiſſet ac omniū cauſam maloꝝ Sergii maliuolentiam eſſe cognouiſſet non tamen eū a magiſtratu remouere uoluit. Salomonis bene de republica meriri non ſolū uirtutem ſed recentis memoriam mortis pro Romæis uenerans. Et hæc quidē ſic ſe habuere. Salomon autem iunior Sergii frater putatus unacū patruo in acie cecidiſſe iam & ab aliis & a fratre negligebatᷣ: nemo enim eum certamini ſuperſtitem exiſtimabat. Nam Mauruſii qui eum ceperant ualde iuuenem interrogauerunt quinam eſſet. Ille ſe Vandilum genere dixit Salomonis ſeruū: habere aūt amicū quendā medicū Pageſiū noīe in urbe Laribo ꝓpe exiſtēte qui ipm̄ libenter dato pretio mercaretᷣ. Mauruſii uero ꝓpe menia Ciuitatis adcedētes Pagaſiū uocāt eiq; Salomonē oſtendētes ſciſcitātur ſi hūc emiſſe ex uoluptate ſit ꝓfitentiq; ſe quinquaginta aureis illū empturū cōtinuo reddiderūt: ubi autem ille intra menia fuit Mauruſios ut ab adoleſcentulo deceptos irridebat: ac ſeſe Bacchi filiū Salomonis ex fratre nepotē eſſe manifeſtauit. Mauruſii hac deceptiōe mœſti & attoniti remanētes ꝙ tale pign9 & Sergii & romæoꝝ apud ſe hn̄tes p ignauiā ſegniter amiſerūt Laribū opſidiōe cingūt ut Salomonē ſimul cū urbe deleāt. Oppidāi barbaroꝝ uaſtationē orrentes pſertim ꝙ neceſſaria in urbē non inuexerant ad colloquiū cum hoſte ueniunt pecuniæ uim magnā pollicētes ut inde diſcederent. Illi autem quū nullis uiribus expugnare urbem poſſe exiſtimarent: ꝙ maxime mauruſiis expugnandi menia nunq̄ adſueti eſſent: tum uſui neceſſaria ac cōmeatus proibere neſcirent conditionem non refellunt. Itaq; trib9 aureoꝝ millibus acceptis ſtarim opſidionem ſoluunt: ac Leucathæ domū cuncti ſe receperunt. Antalas aūt ac Mauruſioꝝ exercitus rurſus apud Byzaciū cōgregati cū qb9 Stozas erat milites qdē paucos ac Vandilos hn̄s: Ioannes aūt Siſinii Aphris maxime rogārib9 cū exercitu delecto cōtra ipos ꝓficiſciᷣ. Aderat & Imerius Thrax q militib9 apud Byzaciū ꝑerat quē Ioannes iuſſit cū oib9 q ibi eſſent collecti cūq; ſuis ducib9 in oppidū Menepheſſam uenire qd eſt in Byzacio uti ſimul cōiungerenᷣ. Poſtea uero audiēs hic hoſtes caſtra poſuiſſe: Imeriū de his q̄ cōtigerāt certiorē facit ut alibi cōiūgerentur nec ſigillatim ſed ſimul oēs inimicis occurrant: ſorte quadam accidit ut nuntius qui litteras ferebat alia utens uia nuſq̄ Imerium repperiret ſed.

Laribū urbs.

Menepheſſa oppidum.

in manus hoſtium incideret ac ad eorꝫ caſtra ducentur • Erat quoqꝫ in Romæorum exercitu Iuuenis quidã Seuerianus Aſiatici filius Phœnix Emeſenes genere qui equitibus præerat • Is cum ſuis tantum numero quinquaginta exiſtentibus cum hoſte ad manus uenit qui aliquandiu reſiſtens tandem a multitudine ſuperatur in uicinũ montem ſe recepit : ubi caſtellum non ſatis munitum erat : quapropter facile id expugnantibus ſe cum omnibus dedidit : quorꝫ nullum interfecerunt : Imeriũ tantum in cuſtodia habuerunt reliquos milites Stoze tradiderunt ſeſe in fide permanſuros : ac cõtra Romæos omnibus uiribus pugnaturos : pollicentes Imerium omnino de medio tollere niſi iuſſa faceret minati ſunt: Iuſſere autem ut Ciuitatem marittimam Adrametum eis quodam fraudis machinamento ac ſtratagemate traderet/ ſe uero omnia facturum recipientem Adrametum ducũt ac prope urbem exiſtentes ipſi pone ſequebantur • Imerium uero pauloante præcedere Mauruſios uinctos tenentem iubent ac portarum cuſtodes dicere Imperatoris exercitum omnino uiciſſe : uenireqꝫ iamiam Ioannem cum Mauruſiorum captiuorꝫ multitudine Adrameteni hoc modo decepti(neqꝫ enim ductori militum qui erant apud Byzacium non credere fas uidebatᷣ) portas aperientes hoſtes receperunt • Tunc ſimul cũ Imerio omnes ingreſſi cuſtodes portis ſubito ponere non eſt uiſum/donec omnem prius corriperent Ciuitatem • Barbari igitur cuncta prædati cuſtodes paucos portis relinquẽtes diſceſſerunt : e Romanis uero nõnulli captiuis fugientes Carthaginem uenerunt • Inter quos Seuerianus & Imerianus fuere • Nec enim e Mauruſiis tranſfugere uolentibus difficile fuit quum multi cum Stoza uoluntarii manerent • Mauruſii uero ac Stozas cum his qui eum ſequebanᷣ hæc audientes ab initio quidem extimuerunt: ac in extremas Aphricæ partes fugierunt • Poſtq̃ uero rei ueritatem acceperunt grauiſſima moliti ſunt ſe reputãtes ꝙ hæc ab Adramitenis paterentur q̄bus ipſi pepercíſſent • Quapropter ubiqꝫ p Aphricã cedes Aphrorꝫ facere iuſſerunt/ nulli neqꝫ ætati neqꝫ ſexui parcẽtes:ex quo tp̄e regio ipſa deſolata orbataqꝫ hoibus ex magna pte fuit•Nã aphrorꝫ q ſuperãt aliq i urbes quaqua uerſus ac i Siciliã reliquaſqꝫ inſulas fugerũt:ſed nobilitas fere ois Byzantiũ migrauit•Inter quos & Paulus fuit q Adrametũ Impatori reſtituit• At Mauruſi nullus iã ob metũ reſiſtẽtib9 oia diripuere:cũ qb9 & Stozas erat iã tũc in potẽtia quẽ romæi multi ſequebãtᷣ ptim trãſſugę ptim abinitio captiui ducti uolũtarii remanẽtes• Ioãnes uero cui9 mẽtioñẽ i mauruſiis feci Sergio aduerſat9 maxie q̄ſcebat• Inter hec Impator aliũ i aphrica ducẽ Areobindũ uirũ ſenatoriũ & optimo

genere natũ ſed rei militaris minime peritum & cum eo Athanaſium magiſtrum equitũ nuper ex Italia profectũ miſit: præterea Armenios quoſdam quibus Artabanes & Ioannes Ioannis filii genere Arſacidæ ꝑerant. Hi nup Perſaꝝ exercitũ relinquẽtes ad Romęos unacũ aliis Armeniis trãſſugerũt. Erat cũ areobindo & ſoror & uxor Preiecta Biglentiæ filia Iuſtiniani Impatoris ſororis. Nec tñ Sergiũ amouit ſed ipm & Areobindũ ꝑtores eſſe mandauit. Amboſqꝫ delectũ in tota regione militũ habere: & Sergio qdẽ bellũ in Numidia cõtra Barbaros decernere. Areobindo aũt cõtinuo cũ Mauruſiis in Byzacio pugnare iuſſit: quũqꝫ claſſis cũ his uiris Carthaginẽ ueniſſet Sergius e ueſtigio cũ ſuo exercitu contra Numidas ꝓficiſcitur. Areobindus autem ubi accepit Antalam ac Stozam cõtrã ciuitatem Sicaueneriam triũ iter dierum a Carthagine diſtantem caſtra habere Ioannem Siſinii contra ipſos ire iuſſit cum delectis qui eſſent in exercitu fortiſſimi: Sergio item ſcripſit cum his qui cum Ioanne erant ſe coniungeret ut ſimul omnes inimicis occurrerent: quumqꝫ mandatum neglexiſſent: coactus eſt Ioannes parua manu cum magna hoſtium multitudine prœlio congredi: erat namqꝫ illi cum Stoza uetus inimicitia. Vterqꝫ igitur alterutrum inuicem interfecturus currebat. Ioannes ante arcum tendens Stozam prodeuntem in dextro inguine tranſfixit. Ille ſtatim humo ſemianimis concidit ſcutum minime deſerendo paucis poſt diebus ex eodem uulnere extinctus eſt. Omnes itaqꝫ qui eum ſequebantur ſimul cum Mauruſioꝝ exercitu eum quumprimum ſauciatum e prœlio trahentes ſub arbore quadam poſuerunt: ac in hoſtes animo ingenti properantes Ioannem Romæoſqꝫ omnis ut numero longe ſuperiores nullo negotio in fugam uerterunt. Tunc Ioannem dixiſſe ferũt ſe libenter mori ſi contingeret: quando maximi iam uoti compos factus eſſet nec mora quum locus hic eſſet præceps: ex equo iam feſſo ac ruente cecidit: in quem rurſus inſilire conatus ac ab hoſtibus deprenſus interficitur uir & gloria & uirtute admodũ magnus. Quod audiens Stozas ſtatim ex uulnere deceſſit: dicens ei mortem dulciſſimã fore. In hac item pugna Ioannes Armenius Artabanis frater cecidit facinora in hoſtes pulcherrima oſtendens. Hæc Iuſtinianus audiens ac inutile putans Duoꝝ Impio ducũ res adminiſtrari. Sergiũ ſtatim reuocãs in Italiã cũ exercitu mittit Areobindo totius Aphricæ curã delegauit. Gontharis aũt duob9 poſt mẽſib9 q̃ Sergius inde diſcederet tyrãnidi ſtudebat hoc modo. Quũ i Numidia militib9 ꝑeſſet clã cũ mauruſiis egit ut Carthaginẽ uerſus excurrerẽt. Illi cõfeſtim ex Numidia & Byzacio inimicoꝝ exercitu collecto eandẽ certatim inuadunt.

Sicaueneria urbs.

Stozæ mors.

Stoza ...

Ducebat aūt Numidas Cuzinas & Iaudas:Byzacenos uero Antalas Cōue-
nit quoq; una Ioannes tyrannus quē ſeditioſi defuncto Stoza ducē ſibi con
ſtituerūt·Noſcens aūt Areobindus hoſtiū irruptionē cū alios ductores eoꝝ
q; ſequaces tū Gontharim Carthaginē mittit:Aderat & ei Artabanes cū Ar
meniis Areobindus itaq;Gontharim cū toto exercitu cōtra hoſtes ire iuſſit·
Ille uero cūcta in bello obire diligentiſſime ſe recepit ac p̄ſtitit & unū e ſer-
uis Mauruſiū genere:arte cocū ad hoſtiū caſtra ire iuſſit ac palam ſe fugiti-
uū·ſimulare clam uero Antalæ dicere Gontharis Aphricæ impiū tecū com
municare querit·Is imꝑata quū feciſſet Antalas libenter hoc audiens reſpō
dit·Nō ſolere hoc negotioꝝ genus ꝑ ſeruos tractari·Hæc ubi Gontharis ac
cepit unū ex eqtibus Vlitheū noie quo maxime fidiſſimo utebat̄:adAntalā
ſtatim miſit hortatū ut ꝓpius Carthaginē adcederet· Vlitheus itaq; clā cæ
teris barbaris Antalam cōueniens ei cōſiliū Gontharidis de cede Ariobindi
cōicat:ꝑſuadetq; ut ipe apud Byzaciū imparet medietatēq; pecuniaꝝ Areo-
bindi haberet/ac mille & quingētos milites Romæos cū eo ducat uti Gon-
tharis Carthaginis reliquæq; Aphricæ impiū teneat· Hæc ubi fecit in Ro-
mæoꝝ rediit caſtra:quæ circū oia uallo munita cuſtodias ſingulis habebāt
portis·Barbari aūt haud multo poſt recta Carthaginē tendūt apud Deci-
mū caſtrametātes·Inde poſtera die ulterius ꝓceſſerūt:ꝗbus nōnulli ex Ro
mæoꝝ exercitu ex improuiſo occurrentes pugna cōſetta Mauruſios aliquot
interfecerūt: eos nāq; Gontharis dolo uocauerat ut imprudenter audentes
in manifeſtū ꝑiculū cōpelleret· Inter hæc Areobindus Cuzinam ꝑ nuntios
clam ad ꝓditionē ſollicitat·At ille pollicitus poſtq̄ in rē pn̄tem ueniſſet· Ad
Antalam & Mauruſios qui apud Byzaciū erāt tranſſugerūt · Mauruſii eni
nō ſolū erga ceteras ſed ne inter ſe fidē ſeruāt·Hec Gontharidi Areobindus
retulit· Ille aūt detrectare : ac rem ducere cupiēs Areobindū hortat̄ ut fidē
Cuzinæ pollicēti minime credat niſi filios opſides ab eo accipiat· Areobin-
dus aūt & Cuzinas clā inter ſe nuntios cōtinuo mittentes de inſidiis in An
talam agitabant·Gontharis itaq; Antalā ꝑ Vlitheū de his certiorē facit · Is
aūt rem cū Cuzina diſſimulando nihil eoꝝ quæ accepat aut quæ inter ſe ac
Guntharim uerſabant̄ manifeſtauit:ſed tm̄ inuicē clā inimici:mēteq; diuer
ſa apte in amicos quiſq; ꝓprios iuncto ſimul exercitu ire uidebāt̄ ·Hoc igit̄
animo Cuzinas & Antalas Numidaꝝ exercitū aduerſus Carthaginem du
cūt Guntharis Areobindū interficere decreuerat ne aūt tyrannidē inuade
re uideret̄ hoc in acie clā facere cōſtituit ut ab aliis inſidiæ inducem fieri ui
derent̄ : ipe aūt quaſi coactus eſſet a Romæoꝝ exercitu Aphricæ domina-

tionem ſumere• Dolo igiť Areobindũ circũueniens: inimicis occurrat hortatur iam Carthaginẽ ꝑpinquantibus• Videbať igiť ipſe poſtera die in exortu ſolis totũ exercitũ in aciẽ cõtra hoſtes educturus• Sed Areobundus imprudẽter ualdeq; ſegniter hoc negotiũ tractans tarditate intempeſtiua nullaq; rõne eſt uſus: cunctando enim quonãmodo arma induere aut exercitũ diſponere oporteret bonã diei partẽ cõſumpſit: quaobrẽ in diẽ ſequentẽ pugnam differens quieuit• Interim Guntharis apud milites eũ accuſare cepit ut mollem ac in aggrediendo certamine timidũ ſimul ordines in aciẽ diſponere noluiſſe: ex quo ille fugã unacũ Athanaſio ac ſtatim e Mandracio ſoluere meditať / ut milites fame ſimul & Mauruſioꝝ gladiis abſumerenť: q̄ ſi eis uidebiť ſeſe ambos cõprenſurũ ac in cuſtodia habituꝝ polliceť• Sic enĩ ſperabat Areobindũ uel metu tumultus fugituꝝ / uel remanentẽ nullo negotio a militibus interfectũ iri: pecuniã uero quãta eis ex publico debeť ſe daturũ de ſuo ꝓmiſit: Milites ubi hæc audiuere ſermonẽ ꝓbãt Areobindũ execranť odioq; ꝓſecunť• Interim Areobindus cũ Artabane ac ſuis huc uenit: ꝓliũ cõmittiť: ſupne e turribus atq; inferius ad portas ubi Gontharis cõſtiterat: neutriq; inclinauerunt• Cõgregati uero ex Romæoꝝ caſtris q̄cũq; Impatoris ptibus ſtudebant ſeditioſos certatim de medio tollere conabanť• Nõ enĩ Gontharis oẽs ꝑſuaſione decepit: plurimi nãq; ſincera mente in offitio ꝑſtiterũt• Areobindus aũt tunc primũ uiros adſpiciẽs interfectos (non enĩ unq̄ talis ac tãtus inciderat exercitus) clã oĩbus ꝓfugit• Eſt enĩ intra Carthaginis menia tẽplũ ꝓpe maris littus ubi uiri habitãt quos monachos appellare ſolemus: q̄bus rẽ diuinã exercere moræ eſt: Hoc Salomon ædificãs nõ multo pri9 muro circũdedit arcẽq; munitiſſimã cõſtituit• Huc Areobindus ſimul cũ cõiuge & ſororẽ cõfugit• Tũc etiã Artabanes & ipſe diſceſſit reliquiq; inde oẽs quo quiſq; potuit abierũt• Gontharis igiť uictor unacũ ſeditioſis palatiũ cinxit: portaſq; ac portũ diligẽtiſſime cuſtodiit• Primũ q̄dẽ Athanaſiũ euocat: qui nulla mora ueniens multa adſentatione uſus factũ ꝓbare uiſus eſt• Deinde Gontharis Reparatũ Ciuitatis ꝑſulem Areobũdo nuntiatũ miſit ut ſub fidẽ incolumitatis ad palatiũ uenire maturaret: q̄ ſi cõtempſerit: ſeſe illũ expugnatuꝝ ac ilico interfectuꝝ minitať• Areobindus ſuſceptis ab Epiſcopo mãdatis metuẽs ſe ſtatim uentuꝝ dixit ſi lauacro filiũ diuino de more prius abluerit: deinde ꝑ idẽ iurauerit ſpem ei certã ſaluris ſe daturũ• Præſul itaq; ei morã geſſit• Ille e ueſtigio redeuntẽ ſequiť: ueſtẽ indutus ſeruilem neq; duci neq; ullo militari uiro conuenientem: poſtq̄ uero ꝓpe palatiũ fuit ſacrũ euangeliũ a ꝑſule accipiens in eius cõſpectũ uenit

pronuſq; aliquãdiu iacuit pces & ſacrũ euangeliũ: ac paruũ filiũ tunc ſacro baptiſmate ablutũ p quod Præſul iurauerat ,ptendens•Gontharis eũ miſeratus: ad ſpem quoq; exortans ſurgere iuſſit: omnia quæ Præſul pollicitus fuerat ſeſe pſtitu adfirmando: poſteraq; die eius & uxorẽ & ſuſtantiã Carthaginẽ tranſferri mãdauit • Deinde pſulem miſſum faciens Areobindũ & Athanaſiũ ſecũ cœnare iuſſit ac Areobindũ añ oĩs in ſummo accũbere Poſt cœnã uero in cubili ſolũ dormire coegit ubi Vlithe9 cũ nõnullis aliis ab eo miſſus ipm & flentẽ & multa obteſtantẽ ac ad miſericordiã fideq; datã implorantẽ interfecit nõ eſſe imortalẽ dictitãs: in longã puto ſenectutẽ eius cauillando•Poſtera die Gontharis pecuniã ſimul & milites ipſius inuaſit ac caput ad Antalã miſit•Is accepto nuntio nihil ,pbe ex his que una cõuenerãt ab eo geſtũ putauit•Nã ubi fidẽ ac iuſiurandũ uiolatũ eſſe uidit uehemẽter eſt iratus: que nec illi nec cuiq̃ mortaliũ uiolanda exiſtimabat• Multa igiť de ipo cogitãs tandẽ Iuſtiniani ptes ſequi cõſtituit: qua,ppter retro remigrauit: noſcenſq; Marcentiũ q apud Byzaciũ militibus pẽrat in quandã uicinã inſulã ob ſeditionis huius formidinẽ aufugiſſe miſit eũ hortatũ uti ad ſe ueniret ſimulq; fidei cautionẽ de incolumitate dando• Ille eueſtigio diſcedẽs apud eũ in caſtris mãſit•At milites qui apud Byzaciũ manebãt Adrametũ ciuitatẽ cuſtodiebant•Milites aũt Stoze nõ minus q̃ mille exiſtentes ubi factũ hoc audierũt curſu ſtatim ad Gontharidẽ cõtendũt • Ille uero libenter eos excepit • Erant enim Romæi quingenti • Vnni uero octoginta • Reliqui uero Vandili omnes Artabanes quoq; fide accepta ad palatium una cũ Armeniis uenit ſeſe tyranno obtẽperare uelle ſimulans: clã uero eũ de medio tollere cogitãs: ac Gregorio fratris filio & Arteſimo equiti rẽ cõmunicat Gregorius uero eũ ad rẽ adortãs ſic alloquiť • Artabanes optime nũc tẽpus adeſt Beliſarii gloriã æquãdi imo longe excedendi• Ille eni cũ exercitu magno & pecunia plurima ab Impatore huc miſſus uenit: ducẽſq; cõſiliarios ac duces plures inſup claſſem qualẽ nunq̃ aduc audiuimus: equitatũ quoq; plurimũ & alia quecũq; Romæo Impatori digna ad hanc expeditionem miſſi fuere: ſic deinde & labore multo Aphricã reip•reddidit: q̃ qdẽ oĩa nũc percuntia rurſus reſtituere in tua & uita & uolũtate ac uirtute ſitũ eſt• Reputa imprimis te Arſacidam optimo loco natũ eſſe• Cogita q generoſos homines ſemp & ubiq; fortiter agere decet•Multa quidẽ añ hoc tẽpus p libertate admirabilia ſunt a te geſta facinora • Nã & Acaciũ Armeniæ pfectũ & Sittam Romæo ducẽ aduc iuuenis interfeciſti: & ex illo Coſroi regi cognitus cũ ipo cõtra Romæos bellũ ſuſcepiſti•Deniq; tãtus es ut tuũ iã ſit nõ pa

ti Romæoꝝ Impatorē a cane temulento ſubiugari • Oſtende nunc optime Artabanes tua facta p̄terita ex uirtute demū potiusq̄ a fortuna proueniſſe• Qđ aūt ad nos ptinet ego ſimul & Attaſires hic oībus conatib9 tibi hāc rē aggrediēti p̄ſto erim9 obtēpetātes• His Gregorius dictis Artabanis animū etiā cōtra tyrānū magis incēdit•Gontharis interea Areobindi uxorē & ſororē ex arce deducēs ī domo quadā manere coegit: nusq̄ neq; uerbo neq; re ab eo leſas qn in honore habuit: neceſſariiſq; oībus ut eos decebat ꝓſequendo nec dicere aut facere qcq̄ inuitas coegit p̄terq̄ Preictā cōiugē ipſius quā ſcribere ad Iuſtinianū iuſſit:quēadmodū Gontharis eas ꝓbe tractatet ꝗꝗ cędis uiri minime conſcius fuiſſet:ſed ab Vlitheo ſcelus patratū Gontharide minime ꝓbante• Hæc Gontharis Paſiphili cōſilio fecit qui uir inter Byzacenos genitus principꝫ ſeditioſoꝝ fuit ſeq; Gontharidis tyrānidi ſotiū addidit ſpem ei ꝓponēs ꝙ ſi hæc ſuccederēt ipſam Impatoris filiā in matrimoniū duceret cū dote ut par erat ex dignitate principis adfinis ingenti• Poſt hæc Artabanū cū erxercitu cōtra Antalā & Mauruſios in Byzaciū ire iuſſit• Cuzinas aūt ueluti dudū Antalæ clā aduerſus: iam palā ab eo diſſidēs ad Gontharidē tranſſugit cui & filiā & matrē opſides dedit•Artabanes itē ex altera pte ſe cū exercitu Antalæ cōtra quē miſſus fuerat iunxit:cū his & Ioannes erat dux ſeditioſoꝝ & Vlitheus eques:ſecuti & Mauruſii qb9Cuzinas p̄erat ac Ciuitatē Adrametū p̄tereūtes inimicos in itinere offendūt a qbus paulo longius caſtrametati ſunt•Poſtera die Ioannes ac Vlitheus cū pte exercitus ibi remanſere•Artabanes ac Cuzinas in aduerſarios exercitū duxere quos Mauruſii minime cū Antala cōueniētes in fugā uerterūt• At Artabanes dolo repente ſigna cōuertens remigrat:qua ꝓpter Vlitheus ipſm ad exercitū uenientē interficere ſtatuit/At Artabanē ſeſe excuſans ait timuiſſe ne Marcentius ex Adrameto ciuitate auxiliū aduerſariis ferēs ubi hic erat magnis eos incōmodis adficeret ſed Gontharim cū toto exercitu opottere cōtra hoſtes ire:& primo qdē Adrametū iens cū Impatoris exercitu ſe cōiungere ſtatuit• Multa uero cogitāti potius uiſum Gontharim de medio tollendo & Impatorē ac Aphricā omni moleſtia liberare•Reuertēs igiť Carthaginē tyranno nuntiat ꝙ exercitus ipſius minor ſatis q̄ hoſtiū•Hic uero cū Paſiphilo rē cōmunicās omnē armare exercitū decreuit•Ip̄eq;met cōtra hoſtes ducere relicto Carthagine p̄ſidio/multos igiť cottidie ex his quos nulla cede ſuſpectos haberet interfecit• Paſiphili aūt quē Carthaginē in p̄ſidio reliquit mandat uti oēs græcos interficeret/ac alia faceret ut ex re uiderit eſſe • Igiť Gontharis ſtatuens die ſequēti cū hoſte cōcurrere prius epulū dare ſuis ſtudioſis ac

fidiſſimus ſtatuit•Cõuiuiũ itaq; in conclaui ubi tres menſe paratæ erãt:Ipſe in prima ut fas erat accubuit:cui Athanaſiũ & Artabanẽ adibuit: Præterea Petrus Thrax genere & Salomonis olim eques haſtatus nõnulliq; ei9 amici•In aliis uero duab9 mẽſis Vandiloꝝ optimi ac primi accubuere • Ioannẽ aũt qui cũ Stoza militantes ſeditioſos rexit:Paſiphilũ priuatim accumbere iuſſit & alii quoq; ut Gontharidis amicis eſt uiſis adibiti• Artabanes igitur qñ ad hoc cõuiuiũ uocatus erat: tẽpus oportunũ ad tyranni cedẽ patrandã exiſtimãs cõſiliũ qdẽ nemini cõmunicauit p̃terq̃ Gregorio Artaſiri & equitib9 trib9 quos equites iuſſit cũ enſib9 intro cũ ꝓcerib9 eſſe• Nã ducib9 accũbentib9 retro cõſiſtere eqtes mos erat:quũq; intus eſſent rẽ qñ tẽpus oportunũ uideret̃ aggrederent̃:prius tñ Artaſiri mãdat negotio incũberet• Gregorio uero ut Armenioꝝ quos maxime audaciſſimos uideret ſecũ i palatiũ duceret enſib9 in manib9 hñtes:nã nullis p̃terq̃ ducib9 ducere armatos fas erat: ac hos in angiportu relinquens intro cũ militib9 ingrederet̃ neminiq; armenioꝝ illoꝝ rẽ cõmunicare:tm̃q; dicere ꝙ ſuſpectũ habeat Gontharim• Deinde Artabanem ad cõuiuiũ uocatũ• Velle ꝓpterea ipſos cõſiſtere apud Gontharidis cuſtodes quicũq; adibiti fuerint ac ſpetie ludi ſcuta que illi tenent attrectare:uerſariq; ꝑ iocũ in omnẽ ꝑtem ut ſi forte tumult9 ac clamor oriat̃:ea ſcuta rapiẽtes ſtatim auxilio adcurrãt•Gregorius igit̃ hæc Artabanis mãdata diligẽter exſequit̃:Artaſiris aũt hæc ex alia ꝑte meditat̃:Iacula nõnulla duplicia in ſiniſtre manus palma poſuit ſcd͂m ꝑtes uſq; ad cubitũ ꝓtenſas• Ipa quoq; ueſtimẽti ꝑte diligenter ſupinducta cõtegit: ut hec ſi qs eũ enſis aggrederet̃ brachiũ ꝓtendendo munitũ ac ictũ in ligno excuſſum uitando corpus a uulnere cuſtodiret•Artaſiris itaq; his hoc modo cõſtitutis Artabani ſic ait•Ego quidẽ nulla mora aut metu rẽ aggrediar:atq; hoc enſe Gontharis corpus me recipio uulneraturũ : quid eni deinde ſequat̃ nõ habeo dicere•Si eni deus tyrannidẽ odio pſequit̃ & ꝓpoſitũ meũ ſimul iuuabit•Si uero alicui9 a me ueteris culpæ penas eſt expeditur9 pfecto huic facto impedimento erit• Vtcũq; res eueniat ſi tyrannũ lætali uulnere ſauciũ hodie nõ uideris:nihil moreꝫ ſit quin eodẽ me tu enſe meo cõfodias:ne mihi ſupſtiti durior ex illo ſit exit9 & q tuo mãdato rẽ fuerim aggreſſus: te quoq; perdendi ſim cauſa inuitus•His Atthaſires dictis cũ Gregorio & uno ex equitib9 menſæ locũ adiẽs a tergo Artabanis cõſtitit reliqui iuxta cuſtodes manẽtes impata fecerũt•Arthaſires igit̃ in cõuiuii principio rẽ aggredi decreuerat ac iã Acinacis capulũ attigerat niſi a Gregorio ꝓhibitus fuiſſet : qui Armenioꝝ lingua ei ſignificauit tẽpus expectandũ quo iam ꝓceſſu epulati

ebrietate madidus Gontharis eſſet• Artaſires itaq; eadẽ uoce reſpõdit: Heu
bone uir cur animũ pulchre diſpoſitũ ꝑibuiſti• Iãq; pſeuerãte cõuiuio Gon
tharis temulẽtus ambitione quadã de mẽſa equitib9 dedit: quæ extra cõcla
ue edituri erãt: relictis tm̃ tribus eqtibus: quoꝝ unus Vlitheus: Exiit & Ar-
taſires unacũ aliis cibos guſtaturos• Hic quedã illi ſubit cogitatio nequid
acinacem educere uolenti eſſet impetimẽto: quapꝓpter nudũ eũ eductũ ac
ſub ueſte cõditũ ferẽs intro ad Gontharidẽ adceſſit quaſi clam aliis aliquid
ei dicturus: quẽ ubi Artabanes uidit animo ob uehementẽ iracundiã cõmo
tus caput agitare ac uarios ore colores mutare cepit: ut facile quis eũ rẽ me-
ditari nouã deprendere potuiſſet: qđ & Petrus qui iuxta erat animi ſagaci-
tate animaduertit: quanq̃ tacitus ꝙ rẽ ob erga Impatorẽ beniuolẽtiã animo
magnope ꝓbaret• Artaſirem interea tyrãno ꝓpinquanrẽ qdã e ſeruis repu-
lit: retrocedentiſq; paululũ nudũ uidit enſem ꝓtinuſq; clamans: Ecquid hoc
inquit bone uir• Ad quã uocẽ ſubito Gontharis manu ex aure dextra forte
capiti adpoſita cõuerſus ac quaſi diuinitus quo in loco peti deberet inimico
indicãs eadẽ in parte ſtatim feriť: ex quo cerebri pars cũ digitis excuſſa eſt•
Petrus igiť exclamãs in hoc tumultu Artaſirẽ hortabať ut omniũ ſcelera-
tiſſimũ hominẽ de medio tolleret• Gontharidi itaq; ſaucio exilire conanti•
Artabanes qui iuxta accũbebat enſem ab latere q̃ magnũ educẽs latus dex
trũ capulotenus cõfodit ex quo ille ſtatim moribundus cecidit• Artaſirẽs
quũ ipẽ a uulnere tutus ob brachiũ ſagiptis munitũ uti ſupra narraui eſſet:
facile Vlitheũ deinde trucidat• Petrus igiť & Artabanes hic Gontharidis
ille Vlithei extinctoꝝ enſibus adreptis reliquos illoꝝ eqtes ibidẽ interfece-
rũt• Armeni uero qbus darũ erat negotiũ ſcuta ad tumultũ exortũ corripe
ilico his a cuſtodib9 direptis intro ingreſſi & Vandilos oĩs & Gontharidis
amicos nullo reſiſtẽte trucidãt• Vbi uero cuſtodes ipĩ rẽ geſtã uiderũt quũ
ex magna pte ex Areobindi domo eſſent pleriq; Armenios ſecuti ſunt: oẽs
deniq; Iuſtiniani ptes adſuaentes Callinicũ (nã ſic i bello uocabať) clama-
bãt: quæ uox in Ciuitatẽ omnẽ cito diffuſa Impatoris ſtudioſos excitauit ut
hi Cõiuratos oĩs de improuiſo aggrediẽtes in ꝓpriis domibus ptim dormi-
entes ptim edẽtes nõnullos mente pcipiti ob timorẽ exiſtentes interfecerũt:
inter quos Paſiphilus fuit• Ioannes aũt cũ qbuſdã Vãdilis in tẽplũ aufugit
qbus oibus Artabanes in fidẽ de calumitate receptos: Cõſtantinopolim mi
ſit• Carthaginẽq; Iuſtiniano hoc modo tumultuantem reſtituit: Anno ipĩus
Impii nono ac decimo: a cepta uero tyrãnide ac ſeditione die ſexta ac triceſi
ma• Quo facto Artabani ingens gloria nomẽq; acceſſit: ac Prinecta Areo-

bindi uxor multā dono pecuniā dedit• Impator quoqꝫ eū Aphricę totiꝰ Prę fectū cōſtituit: cui paulopoſt miſſionē flagitāti• Ioannē Pappi fratrē ſucceſſorē miſit• Is ꝗprimū in Aphricā uenit nihil potiꝰ habuit ꝗ Antalæ ac Maurufiis apud Byzaciū bellū mouere: qđ feliciter gerens multis in ꝓlio interfectis ſigna olim Salomone extincto a barbaris erepta Impatori Byzantiū miſit: reliquos extorres a finibꝰ Romæoꝝ fecit• Procedēte deinde tp̄e Leucathæ Maurufii cū magno exercitu ſe Antalæ cōiungētes e finibꝰ Tripolitanoꝝ in Byzaciū irruerūt qbus Ioannes occurrens ac prœlio cū ſuis ſupatus Laribū cōfugit: hoſtes uero uſqꝫ Carthaginē excurrētes magnas clades incōmodaqꝫ oibus circa locis intulerūt• Paulo deinde poſt Ioannes redintegrato quoad potuit undecūqꝫ exercitu Maurufiis aliis quibuſdā ſimul cū ſequentibꝰ Cuzinā ſibi adiunctis inimicos rurſus petens partim pemit ptim ad extremos uſqꝫ Aphricæ fines fugauit• Hoc igit̄ modo pauci admodū & imbelles in tota prouincia relicti uix tandem ac ſero quieuere • Et Aphricæ quidem res ſic ſe cum Romæis habuerunt • Ego uero nunc ad bellum uenio Gothicum•:•

FINIS•

IVLIVS II PONT MAX EDICTO VETVIT NE QVIS HVNC LIBRVM IMPRIMAT NEVE IMPRIMI PERMITTAT• SIQVIS CONTRA HINC AD XXV• AN• FECERIT ANATHEMA SIT• NOXAMQVE IACOBO MAZOCHIO BIBLIOPOLAE PENDAT•

IMPRESSVM
Romæ per Magiſtrum Eucharium Silber al's Franck • Caſtigatum per Andream Nucium Or • Hu • Ro • Academiæ Capellanū • Sedente Iulio•II• Pont•Max•Anno eius Sexto• De Repub• litteraria Opt • Merito • Anno Salutis• M D I X • Nonis Martiis•

BIBL … TECA … R M